



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Tractatvs De// Beneficiis// Amplissimvs,// Et Doctissimvs

Garcia, Nicolaus

Coloniae Allobrogvm, 1618

Cap. 9. De patronis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98538](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98538)

liter concessit, & ne utrum hic concurrat. Sequitur etiam Sbrocius li. 2. de vicario Episcopi. qu. 71. ex numero 4.

Nec obstat text. in d. cap. penul. quia solum dicit, quod iuridictio vicarii, quem summus Pontifex in urbe reliquit, non extenditur extra illam, nisi ei specialiter sit concessum, quod autem possit beneficia conferre nullum verbum.

Et Gambarus t. supra à nu. 702. loquitur in Cardinali facto legato urbis à Papa recedente, & nihilominus tenet, non posse conferre sine speciali mandato, limitat tamen in beneficiis spectantibus ad collationem alio um Episcopi, infra limites legationis, & idem forsitan ait posset dici de Beneficiis urbis quæ spectarent ad collationem inferiorum in titulis Cardinalium, nisi obstarent multa specialia Cardinalium.

Sed in Cardinali facto legato urbis à Papa ab ea recedente verius videtur posse conferre Beneficia infra limites legationis consistentia, etiam urbis, nisi obstat referuatio iuxta text. in cap. 1. & 4. de officio legati in sexto & videntur tenere Baldus, & Rebus. & Aneas ubi supra. Quamvis secus sit in Cardinali vicario ex dictis. In quo tamen consideranda essent eius facultates, quales alias habentur in Bullario constit. 27. Clementis Septimi, & 16. Pauli Tertij.

CAP. IX.

De Patronis.

SUMMARIA.

De patronis, & de iure patronatus qui tractatus ediderunt, & qui sunt videndi nu. 1. & 2. aliqua sunt notanda, præsertim quæ per Concilium innotata reperuntur n. 3.

Ius patronatus, cuius varias diffinitiones adducunt doctores relati, est ius non more spirituale, sed temporale potius annexum antecesser, quia ordinatur ad præsentandum ad Beneficia, & c. quæ tamen ratio non videtur generalis, à n. 4. & ad 8.

Ex eo quod est spirituale annexum, in quo etiam simonia contrahitur, non potest vendi ius patronatus, alioquin venditio est simoniacæ, & nulla nu. 9. nisi cum universitate bonorum, n. 10.

An cum hereditate vendita, in emptorem transeat ius patronatus, à nu. 11. resolvitur contra communem, quam tenet Rota non transire quando est de per se, seu personale, nam si in hereditate seu bonis hereditariis esset villa, seu castrum, cui ius patronatus annexum esset, ratione ville, vel castris transiret, & c. nu. 16.

An ius patronatus transeat ad fidei commissarium universalem, à num. 17. resolvitur cum communem, quam plures relati & Rota sequuntur, non transire ius patronatus personale, & non annexum bonis, quamvis ex testantis iudicio, & voluntate expressa posset illud consequi accedente licentia Episcopi, & ponitur resolutio Rote.

Resolutio Rote quod præstatur ab uxore relicta à marito usufructuaria omnium bonorum, præfertur præsentato ab herede, quia ius patronatus transit cum universitate bonorum, & ita etiam transit in usufructuarius

omnium bonorum, & c. nu. 21. quæ accipienda est, quando ius patronatus est annexum, n. 22. Est enim usufructuarius quasi dominus, seu procurator in rem suam nu. 23. Nam si esset hereditarium personale & de per se, non transiret in usufructuarius bonorum, sicut nec in fidei commissarium, n. 24.

An in confiscatione bonorum, veniat ius patronatus, nu. 25. ubi referuntur plures Doctores, agentes de hac questione, in qua omnis opinio in Doctores resolvitur, quod si ius patronatus bonis consistit, & adheret bonis propter crimen confiscatis, siue per iudicem laicum, siue Ecclesiasticum, in consequentiam, & accessorie confiscatum censetur, & in ipsum transire indistincte, etiam quo ad exercitium. Si vero personale est, & de per se, non includitur in confiscatione bonorum, nec de per se iudex laicus poterit illud confiscare, sed remanebit penes delinquentem, donec per iudicem Ecclesiasticum priuatur, à n. 26.

Sententia priuatoria iudicis Ecclesiastici secuta, si ius patronatus est sanguinis, & pertinet ad familiam, seu consanguineos, ad illos transibit, si vero est hereditarium, ad extraneos transmissibile evanescit, & Ecclesia remanet libera, numero 29. non vero tali sententia, priuatoria ius patronatus hereditarium transires ad heredem ex testamento, vel ab intestato ipsius condemnati eo defuncto, numero 30. præter quam in crimine heresis in quo ipso iure est eo priuatus numero 31.

Ut ius patronatus transeat cum re vendita, seu alienata, satis est adherere accessorie alicui fundo, non solum qui universitatem constituat, sed etiam particulari, seu alij rei particulari, contra communem tenentem oportere quod adhæreat universitati, à numero 32.

Quamvis ius patronatus sit inuendibile, & pro illo non possit aliquid pretij dari, tamen hoc non tollit quin cum illud est annexum bonis, ratione illius, bona plaris estimantur & vendantur quam alias, numero trigesimo quinto.

Acquiruntur hoc ius patronatus, eam per laicos, quam clericos, tribus potissimum modis fundatione, constructione & dotatione, n. 26.

Decretum Concilij Tridentini, circa hoc n. 37.

Licet ibi Concilium solum præseruet ius patronatus, competens ex fundatione, vel dotatione non excludis ius patronatus ex constructione competens, sed sub verbo ex fundatione comprehenditur numero trigesimo octavo.

Fundare Ecclesiam proprie dicitur, qui fundum dat, seu assignat, in quo Ecclesia construatur, n. 39.

Faciens in Ecclesia Capellam, vel Altare, non erit solus patronus illius, sed etiam Ecclesia erit compatrona, & concurret in præsentando, ratione fundi, quæ ponit, id est, el sitio, n. 40. Valet tamen consuetudo, ut Ecclesia non sit compatrona ratione fundi, & c. quæ servatur in Hispania, n. 41.

Etiā seclusa consuetudine, non esset Ecclesia compatrona quando faciens Capellam solveret aliquid Ecclesie pro fundo, id est, el sitio, ut solet fieri in Hispania. Nam tunc non potest dici Ecclesiam ponere fundum, cum illi solvatur pretium pro illo, quod videtur posse fieri, à n. 42.

Sola fundatione hoc est fundi assignatione, non statim quaritur ius patronatus, sed secuta constructione, & dotatione, vel ab ipso fundatore, vel ab aliis, nam non potest quis dici patronus Ecclesie quæ nodum est, & c. num. 44.

Ecclesia tamen Capella incepta edificari, seu posito pri-

no lapide cum consensu ordinarij, statim etiam ante perfectionem videtur acquiri ius patronatus, licet non exercitium, & c. n. 45. Nam tale edificium inceptum est locus pius, & religiosus, maxime si ibi est fixa Crux, & c. n. 46.

Si dos daretur in limine foundationis Ecclesie, vel post ante consecrationem, & etiam ante perfectionem edificij, caderet exercitium iuris patronatus ut presente tur Rector, saltem pro administranda dote, licet non quoad alia secundum Lamber. n. 47. Ecclesia etenim incepta, statim capax est dotis, & sic dos in specie assignata, & donata, ante affixionem primi lapidis, statim post illius affixionem et acquiritur absque traditione, n. 48.

Licet Ecclesie, qua nondum est, non possit fieri donatio, bene tamen hereditas & legatum relinqui, id non procedit in donatione ex causa dotis, qua recte potest fieri Ecclesie construende, non solum obligando se dotaturum, & traditurum, sed etiam statim assignando, & donando bona pro dote, & c. numero 49. & 50.

Sub constructione seu fundamine, comprehenditur etiam reedificatio, ex qua cum Ecclesia est penitus destructa, seu diruta, ita ut nova consecratione indigeat, acquiritur ius patronatus, quannus reficiens Ecclesiam non penitus destructam non efficiatur patronus, numero 51.

Ita demum acquiritur ius patronatus ex dotatione si sit congrua, & sufficiens, nam dotans insufficienter, non efficitur patronus, n. 52. Etiam si dos minus congrua sit assignata cum consensu Episcopi illam approbantis pro congrua, n. 53.

Si concurrunt plures in dotatione dantes simul dotem competentem, licet inaequaliter, & singuli non dent dotem competentem, omnes aequaliter sunt patroni: sicut etiam quando plures concurrunt in fundationes, & constructione, n. 54.

Acquiritur ius patronatus ex dotatione Ecclesie, etiam iam constructa, & etiam iam consecrata, quando efficit sine dote, & cum consensu Episcopi id fieret, numero 55. Quamvis contradicat gloss. dicens, quod ut quis sit patronus, requiritur assignatio dotis tempore fundationis non post, numero 56. pro qua faciunt due declarationes S. Congregat. adducte, numero 57 & 58. Quibus respondetur id solum procedere in specie de qua ibi, in qua oblationes futurae, non possunt dici dos, nisi quando ex necessitate construitur Ecclesia, & c. n. 59.

Licet ex dotatione acquiritur ius patronatus, non tamen ex simplici dotatione legato, vel largitione bonorum, nisi hoc fiat pro dote tacite, vel expresse, & c. numero sexagesimo & sexagesimoprimo. Vbi ponitur resolutio Rota.

Fundans, construens, vel dotans Ecclesiam, seu Beneficium acquirat ius patronatus, etiam si illud non reservaverit, dummodo expresse non remiserit, num. sexagesimosecundo.

Fundans tamen Ecclesiam, seu Capellam, potest in totum, vel pro parte remittere ius patronatus, & limitate illud inducere in praedictum heredum, vel descendendum ut sibi placuerit, numero 63. Quod Rota intelligit, si fundator expresse exclusisset heredes, vel taxative induxisset solum pro talibus, non autem quando simpliciter nominat aliquos patronos. Nam ideo excludit se ipsum, & suos heredes contra consil. Geminiani, numero 64. Sed consilium Geminiani videtur & menti fundatoris, & praxi conformius, & c. n. 65.

Si fundator relinquat ius patronatus filio suo & descendibus, & ille decedat sine descendibus, relicto herede collateralis, vel extraneo, ius patronatus transibit in talem heredem, & idem in similibus casibus n. 66.

Si fundator reservaret ius patronatus sibi, vel alij, transiret ad eius heredes ex testamento, seu ab intestato, nisi illa reservatio esset facta cum aliqua qualitate, vel expresse, per quam vellet ius patronatus durare tempore suo, vel nominati, & non ultra, numero 67.

Licet a principio possit fundator remittere ius patronatus vel illud ordinare prout voluerit, eo tamen in esse deducto, auctoritate ordinarij, non potest illud mutare, seu alterare, n. 68. Nec illud renuntiare, seu transferre in praedictum sequentium vocatorum, numero 69. & 70.

Ius patronatus acquiritur ex praedictis causis interueniente auctoritate, & consensu ordinarij, non alias, n. 71. Vbi ponitur resolutio Rotae, qui consensus sufficit, quod interueniat ex post facto, n. 72. Et an presumatur interuenisse remissio, n. 73. & n. 74. ponuntur resolutiones Rotae.

Vicarius Episcopi, sine speciali mandato non habet auctoritatem ad reservationem iuris patronatus, n. 75. Sicut etiam Vicarius sine speciali mandato, non potest confirmare donationem iuris patronatus, n. 76. & 77. Ponitur resolutio Rotae. Et an, & quando presumatur facultas Vicarij, qui iuri patronatus consensit remissio, n. 78.

Capitulum Sede vacante, potest dare licentiam volenti edificare Ecclesiam, ut fiat patronus, n. 79.

An regulares possint edificare sine licentia ordinarij, remissio, n. 80.

Licet Concilium Trident. praeservet ius patronatus competens ex fundatione, vel dotatione non refutat illud quod alias potest probari secundum regulas iuris communis, n. 81.

Vnde non solum ius patronatus probatur ex immemoriali, quae probat legitimum tit. ex fundatione, vel dotatione n. 82. Sed etiam ius patronatus antiquum probatur per famam, concurrente longissima quasi possessione praesentandi, n. 83. Ita ut non censeatur revocatum per Concilium, num. 84. & sequen. Vbi ponuntur decisiones Rotae.

Dicta probatio videtur sufficiens, etiam contra ordinarium vindicantem Ecclesiam in libertatem, numero 85. Vbi adducitur resolutio Rotae, quae videtur contra.

Ex enunciatis instrumentorum antiquorum emanatis a diversis personis, non suspectis, probabitur ius patronatus, n. 87. & sequentibus, ubi ponuntur Rota resolutiones.

In proposito, quando dicatur ius patronatus antiquum, resolvitur respectu testium requiri tempus 60. annorum, respectu vero instrumentorum 100. num. 92. Vbi ponitur declaratio S. Cong. & alia, numero nonagesimotertio.

Decisiones Rotae quae conducunt ad praedicta ponuntur, n. 94. 95. & 96.

Reprobatur quod ait Zerola in privatis personis sufficere probare ius patronatus ex unico actu, ut quia semel quis presentavit, & secuta instituit, & ille institutus vixisset spatio 40. annorum, & c. num. nonagesimoseptimo.

Quando agitur de familia potenti, in qua ius patronatus presumitur ex usurpatione, debet probari secundum formam Cocily d. c. 9. vers. in his vero personis, n. 98.

n. 98. & n. seq. ponuntur decif. Rota.

Similiter in uniuersitatibus etiā parnis plenior, & exactior probatio iuris patronatus requiritur, iuxta decretum Concilij dicti. versic. in his vero, numero 102. ubi id declaratur, & quod non sufficiunt testes uniuersitatis.

An in personis potentibus, vel uniuersitatibus, in quibus et immemorialis suffragetur ultra illas quae antea sufficiebat presentationes, etiam continuata non minori saltem quam 50. annorum spatios, quae omnes effectum sortita sint authenticis scripturis probari debent, effectus illarum probari etiam debeat per authenticas scripturas, an vero possit etiam aliter probari, a numero 103. resoluitur videri probabilius posse etiam aliter probari, maxime quoad possessionem.

In proposito iuris patronatus immemorialis probatur ex scripturis, nempe per presentationes effectuatās authenticis scripturis probatas per spatium 100. annorum, sicut etiam per presentationes effectuatās testibus, probatas per spatium 60. annorum, a num. 107. Quamuis alias verius sit immemoriam non probari per instrumenta, a num. 111. ubi adducuntur resolutiones Rota.

An requiratur per formam probatio presentationum per scripturas, etiam si probaretur esse de predictis, &c. n. 113.

Ius patronatus, quomodo probetur, & an probetur confessione, re n. 114.

Ius patronatus ex privilegio reuocatum est per Concilium, n. 115. ubi ponitur declaratio S. Congregationis. & num. 116. ponitur resolutio Rota. Quod procedit etiam si in privilegio habeatur ius patronatus competere non solum ex privilegio, sed ex vera & reali fundatione & donatione, numero 117. ubi ponitur decisio Rota.

Similiter ius patronatus ex privilegio sublatum est per Concilium, etiam si in privilegio dicatur, quod esset eiusdem prorsus naturae, & roboris ac si ex fundatione & donatione competere, n. 118. ubi ponitur declaratio S. Congregationis, nec prodest immemorialis, n. 119. ubi ponitur declaratio S. Cong.

Non loquitur Concilium hic de privilegiis concessis ex causa onerosa, num. 120. & seq. ubi ponitur resolutio Rota.

Ius patronatus de iure non acquiritur ex augmento, seu suppletionē dotis, sed requiritur, quod in totum Ecclesia dotetur, nec sat est, quod non sit commode dotata, n. 122. & seq.

Ius patronatus ex augmento dotis concessum, etiam per Papam, a 40. annis et c. subiacet examini, & reuisioni ordinarij, concessum vero ante annos 40. a confirmatione Concilij non subiacet d. reuisioni, sed firmiter remanet numer. 124. ubi ponitur declaratio S. Cong. & n. 125. & 127. ponuntur resolutiones Rota circa dicta.

Ius patronatus non potest competere ex concessione, & privilegio Episcoporum, n. 128. ubi ponitur declaratio S. Cong. & n. 129. & sequen. ponuntur resolutiones Rota, & numer. 132. reprobatum consilium Menachij contrarium.

Quod procedit etiam Capella Ecclesiae contra Zerolam, & praxim quam ipse vidisse ait in contrarium procedi, ex eo quod solent aliqua persone amere Capellas in Ecclesia factas cum licentia Ordinarij, dando Ecclesiae pretium edificij, & soli Capella, num. 133. Quamuis aliqui tales contractus condemnent, tanquam simoniacos numero 136. Et ita est accipiendum quod-

dam dictum Lassarte, P. Ledesma, & Genuen. numero 137. & qui emitt Capellam deberet dare iustum pretium, & valorem, saltem edificij, &c. numero 140.

Non tamen places dictum Lassarte, & Ledesma, & Philarghis, quod habens Capellam, seu patronus aliquius Capella, possit illam vendere, &c. numero 138. & seq.

Ponuntur declarationes S. Cong. ex quibus supradicta confirmantur, & declarantur n. 141.

Circa materiam t huius cap. de Patronis. quia Beneficium vacans praesentant Ordinario personam instituendam, & de iure patronatus, non est opus multum immorari, cum de ea sint celebres & copiosi tractatus Rochi de Curte, Pauli de Cita-dinis, Caesaris Lambertini, & Io. Nicolai Delphinatis, ad quos, praecipue Rochum & Lamber-recurrendum est.

Et videntur sunt etiam ultra Ordinarios in tit. de iure patron. Corral. de Benef. 4. p. r. c. ult. & tit. 15. pag. 1. & ibi Greg. Lopez, & Humada ad eum Did. Perez in l. 1. & 2. tit. 6. lib. 1. ordin. Espino de testam. gloss. 3. & 4. Zerola in praxi Episcopali, verb. ius patronatus, Sil. & alij Summi. verb. ius patron. Zechus de benef. & pensio. Ecclesiast. cap. 12. & Mand. Rod. 7. reg. 2. tom. quest. 122.

Operae pretium tamen duxi, t aliqua notare, praefertim ea, quae per S. Concil. Triden. innouata reperiuntur.

Et in primis notandum est, t ius patronatus, cuius varias diffinitiones adducit Roch. d. tract. in prin. ex num. 2. Lambert. 1. part. 1. lib. 1. quest. 1. art. 1. ex n. 11. Greg. s. Dida. Perez d. l. 1. glo. 1. & diffinit etiam Corral. d. c. p. ult. n. 4. & Fuscus de visitatione, lib. 2. cap. 10. num. 1. esse ius non mere spirituale, sed temporale t potius annexum spirituali, cap. quanto de iudic. & capit. de iur. patr. & docent Abbas. in rubrica de iudiciis num. 4. & ibi Decius 1. lectura, a numero 87. & 2. lectura numero 85. & Ripa numero 66. idem Abb. in d. cap. quanto numero 6. & ibi Felin. & Decius numer. 2. Selua de Benef. 1. part. quest. 7. ad fin. Rochus verb. ius nu. 2. Corral 1. part. cap. 2. num. 7. & 4. part. c. ult. numer. 5. de quo late Lambert. lib. 3. quest. 9. artic. 1.

Est autem spirituali t annexum antecedenter, t quia ordinatur ad praesentandum clericos ad Beneficia Ecclesiastica, & praesentatio antecedit Beneficij institutionem, & administrationem, D. Thom. 22. quest. 100. art. 4. Abb. Ripa, & Felin. s. Corral. d. cap. ultim. num. 5. Redoanus de simonia, part. 1. cap. 28. num. 1. Doct. Sahagun. de Villafante in d. c. quanto, n. 2. & 3. Vgolin. de simonia, tab. 1. c. 34. Man. Rod. in sum. 2. c. 63. Vega 2. p. c. 101. casu 55. & P. Ledesma in sum. 2. p. tract. 12. conclus. 35.

Quae tamen ratio t non videtur generalis, nam secundum eam, non esset simonia vendere ius patronatus, sine iure praesentandi ad Beneficia, vt in iure patronatus hospitalis, fundari autoritate Episcoporum, &c.

Aliam rationem assignant Felin. t & Rochus ubi supra post Cardin. & Baldum, quod ideo dicitur annexum spirituali, quia adharet Ecclesiae, quae est spiritualis, quam rationem adducit etiam Redoanus supra.

Et ex eo quod est spirituali annexum, t in quo etiam simonia contrahitur, c. quantum de rerum perma-

ca fit, vt non possit vendi, alioquin venditio fit si-
moniacā, & nulla, ca. nemini. 16. q. 7. d. c. iure, & c. que-
relam de simonia, & S. Concilium Trid. sess. 25. de re-
form. c. 9. vers. nec dictum ius patronatus. Nisi cum v-
niuersitate bonorum, & cum qua in emptorē transit
ius patronatus, cap. ex literis, & c. cum seculum de iure
patron. vbi Doct. late Rochus verb. ipse velis, q. 22.
cum seq. Paul. de Citadinis, 9. part. quest. 3. Lambert.
2. part. 1. lib. 9. §. per totum cum sequen. Tiraq. de primo-
geniis, quest. 36. Couarr. lib. 1. var. cap. 13. num. 3. & 4.
Gregor. Lopez in l. 8. tit. 15. pag. 1. Et Humada ad eum
ibi Bern. Diaz reg. 401. & ibi Salcedo, Gratian. reg.
341. Fuscus singul. 115. littera l. Zaualli. milleloquio 31.
Menoch. de præsump. lib. 3. præsump. 90. numero vige-
simosquinto, & plures relati per Cenedum collect. 5. ad
decretales.

11 Vnde infertur ad illam questionem, & an cum hæ-
reditate vendita, in emptorem transeat ius patrona-
tus? in qua communis sententia est transire, ex dict.
cap. ex literis, & capite cum seculum, quia hæreditas
est quid vniuersum. l. bonorum, 2. ff. de verborum si-
gnificatione, l. hæreditas, ff. de petitione heredit. ita Ho-
stien. quem Abbas numero 13. & Doct. communiter
ibi sequuntur in dict. cap. ex literis, & Felin. in capite
causam que, numero octauo de præsump. & in capite cum
Bertholdus in fin. de re iudic. Rochus d. verbo ipse vel-
is, questio. 22. numero 40. Paul. de Citadinis d. questio.
3. numero 11. de primogen. q. 37. Couarr. lib. 2. variar.
capite 18. numero 8. Ferretus consil. 179. numero 2. Sa-
lazar de vsu & consuetudine capite 12. numero 7. Molina
de Hispanorum primogen. lib. 1. capite 24. numero 25.
Ioseph. Ludou. in communibus conclusionibus. tit. de
iure patron. conclu. 3. Fuscus de singul. 115. Gratian. d.
reg. 341. numero 5. Humada ad Gregor. Lopez dict. l.
octaua gloss. Nocius de contractibus, tit. de emptione &
venditione, num. 41. Craflus de success. lib. 2. art. trans-
missio. quest. 30. numero & Marc. Anton. Genuen. in
praxi Archiepiscopali curia Neapolitane, capite 61. n.
26. & communem testatur Lambert. d. quest. 5. art.
15. & videtur sequi Achilles decisi. 322. sen. 9. de iure
patron. & tenuit Rota in vna Lucana iuris patrona-
tus, seu Capellanæ 6. Nouem. 1598. coram Do. Lita,
12 in qua fuit resolutum, & Quod licet ius patronatus ve-
niat, quando sit cessio, vel alienatio vniuersalis respectu
rei, vt quia sit venditio de castro, fundo, hæreditate, vel si-
milibus que sub se vere vniuersitatem continent, non ta-
men transit mediante cessione, seu venditione omnium
bonorum, iurium, seu actionum, verbis generalibus, &
vniuersalibus facta, ni sub tali cessione tale quid vni-
uersale vere comprehendatur, cui adhareat ipsum ius
patronatus, vt puta villa, castrum, seu hæreditas, Innoc.
numero 2. & alij in cap. ex literis de iure patronat.
Et ratio est quia quando sit cessio, vel alienatio vniuer-
salis respectu verborum resoluitur in singularitates Ro-
ta 1152. lib. 2. par. 3. diuersor. Nec obstat dec. Putei 351.
lib. 2. cum & donatio particularis patronatus, acceden-
te consensu ordinarij fieri possit, Lamber. 2. p. lib. 1. q. 4.
art. 1. & 2.

Contrariam tamen sententiam, & (quæ mihi cer-
ta videtur) tenent Paulus de Eleazaro, Roscredus &
Barbatia quos refert & sequitur Lamber. d. questio.
5. art. 15. & Ema. Costa in cap. si pater de testamen. in
sexto, verb. Trebellianica, num. 7. & tenet etiam Boni-
facius de Vitali, in Clem. si plures. §. fin. de iure patron.
n. 12. Ex eo quod licet ius patronatus & transeat cum
vniuersitate bonorum cui adhareat, etiam sine spe-
ciali expressione, non tamen transit cum vniuersita-
te in qua rerum particularium, seu singularium est

necessaria specifica traditio, sicut est quando ven-
ditur hæreditas l. qui tibi, C. de hered. vel actione vendi-
ta, alioquin sequeretur, in specie vendi ius patrona-
tus contra d. c. de iure. cum alijs, & Concilium Tri-
den. supra.

Et vt recte inquit Costa, hæres & vendendo hære-
ditatem non dicitur vere vendere hæreditatem, cum
per aditionem deficiat esse hæreditas, & sit effecta
proprium patrimonium, sed bona propria, quæ ante
aditionem fuerant hæreditaria, & reuera solum est
venditio vniuersalis respectu verborum, quæ resol-
uitur in singularitates, vt in d. Lucana quare venditis
illis bonis, non intelligitur vendere ius patronatus,
quia esset contra d. c. de iure.

Quod intelligitur, & quando ius patronatus esset de 16
per se, principale, & distinctum, seu personale, nam
si in hæreditate, seu bonis hæreditariis esset villa, seu
castrum, cui ius patronatus adhareret, & annexum
esset, tunc ratione villæ, vel castris in consequentiam
transiret in emptorem hæreditatis ius patronatus
annexum ex dict. cap. ex literis, & cap. cum seculum,
vt recte inquirunt Paulus, Bonif. Lambert. & Costa
supra.

Et an ius patronatus & transeat ad fideicommissa-
rium vniuersalem, vide per Bart. Paulum, & Alexan.
in l. quia perinde, vers. restituta, ff. ad Trebell. Imo-
lam, Alexan. & Rom. in l. si patroni in princ. eod. titul.
paulum, Alex. Ias. Decium & Curtium Iuniorem, in
l. precib. C. de impuberum, Berio in c. 1. de iure patr.
a num. 15. Rochum d. verb. ipse velis, q. 9. Paulum de
Citad. 9. p. n. 33. Lamber. 2. p. 1. lib. 9. 2. art. 35. Aym. in
Rubric. de legat. 1. a num. 59. Guiller. Benedic. in repet.
cap. Raynutus de testam. verb. si absque liberis 2. n. 24.
Ant. Gomez 1. tom. variarum cap. 5. num. 29. Couarr.
d. c. 18. lib. 2. variarum, num. 8. & in d. cap. Raynutus §.
9. numero octauo Costan d. verb. Trebellianica, numer.
4. Eman. Suarez in thesauro receptar. sententiarum,
verb. patronatus ius, Didacus Perez d. l. 1. tit. 6. lib. 1. or-
dinam. glossa 2. padillam in rubrica C. de fideicommissis
numero 25. Molinam dict. lib. 1. cap. 24. ex numero 5.
Mieres de maioratibus 3. p. quest. 11. numero 9. Crafl-
sum de success. §. fideicommissum, quest. 52. Ioann. Gut-
tierrez de tutel. §. par. cap. 29. num. 15. Zauallus. quest.
717. & p. Molinam de iustitia, tract. 2. disp. 188. ad fin.
& alios relatos per Cenedum d. collectan. §. ad decre-
tales, n. 4.

Et quidem in iure patronatus personali, & non 18
annexo bonis, vera mihi videtur communis opinio
quam relati, excepto Roman. vtroque Molina & Io.
Gutierrez contrarium tenentibus sequuntur, quæ
ait non transire in fideicommissarium, argumen. d. l.
quia perinde, vers. restituta, nam quamuis ius patrona-
tus transeat ad hæredes, etiā extraneos, non est quid
hæreditarium, seu de corpore hæreditatis, nec tran-
sit tanquam ad hæredes; quamuis ex testantis iudi-
cio, & voluntate expressa, & possit fideicommissarius 19
consequi ius patronatus, accedente licetia Episcopi,
Lamber. sup. ad fin. & Costa n. 6. vers. vlt. sicut lega-
tarius, &c.

Et in vna Aretina Capellanæ Iun. 1584. & corā D. 20
Bubalo fuit dictum. Ius patronatus non transire in fidei-
commissarium, & ita esse communem conclusionem & li-
mitationem, Lamber. sup. nu. 8. quod vbi pia causa est fi-
deicommissaria in eam transeat ius patronatus esse opi-
nionem suam singularem, & pati multas difficultates,
nec applicari casui de quo ibi (dato quod esset vera) in
quo prius fuerat laicus substitutus, in quem clarum est
non transiisse ius patronatus, &c.

Vnde

Vnde subinfertur ad decisionem t. Rotæ in vna Alexand. Beneficij 29. Martij 1590. coram illustrissimo Cardin. Mantica, in qua fuit resolutum, *Presentatum ab uxore, quæ à marito relicta est usufructuaria omnium bonorum, præferri presentato ab hærede, quia ius patronatus transit cum vniuersitate bonorum, etiam sine consensu Episcopi d. cap. ex literis, & cap. cū seculum, & ita etiam transit in usufructuarium omnium bonorum, quia huiusmodi legatum intelligitur vniuersale, nec obstat decisionem 10. in fin. de iure patron. in nouis, vbi habetur, quod presentatus ab uxore, præferatur presentato à marito cui sunt data villa in dotem, in qua est ius patronatus, quia illa non est decisi. Rota. Sed opinio collectoris, & c. & secus est in creditore pignoris qui non lucratur fructus, & c. Quæ dec.*

21 accipienda est, t. quando ius patr. est bonis annexū, tūc enim usufructuario bonorum, quibus ius patronatus est annexum, competit ius præsentandi, & nō hæredi seu domino, vt tenent Rochus verbo ipse vel is. quæ. 23. in fin. n. 64. Lamber. 2. par. 1. lib. 9. io. art. 3. Reb. de nominatio. 9. 17. nu. 55. alias 22. Molina de Hispanorum prim. li. 1. c. 24. n. 4. Bacca de decima tutori præf. c. 23. n. 27. & Ioan. Gutierrez de tuelis, 33. par. cap. 29. num. 6.

Est enim usufructuarius, t. quasi dominus. l. 4. de usufructu, l. 1. §. item Iuliano. ff. de remissio. seu quasi procurator in rem suam à domino constitutus. l. 1. in fin. cum l. seq. ff. usufructuarius quemadmodum caneatur, l. 1. §. ff. de noui operis nunt. & ibi gl. recepta, verb. procuratorio, de quo post plures relatos Castillo de usufructu, c. 20. & 32.

Nam si ius patronatus t. esset hereditarium personale, & de per se, non transiret in usufructuariū bonorum, quantumuis legatum esset vniuersale, sicut non transit in fideicommissariū vniuersalem, vt dictum est, & ita accipiendus Gul. Bened. in q. thesauraria.

Secundo principaliter infertur ad illam, t. quæstionem, an in confiscatione bonorum veniat ius patronatus? de qua post alios agunt Rochus d. verb. ipse vel is, quæstione 29. ex nu. 65. Paul. de Citadinis d. 9. par. 9. 20. n. 28. Lamber. 3. lib. 9. 8. art. 8. Gigas in tr. a. de crimen lese maiestatis. li. 2. rubrica de penis committentium crimen lese maiestatis, quæstione 4. Julius Clarus §. fin. quæstio. 78. numero octauo Ferretus consil. 179. Bern. Diaz in pract. crim. can. c. 132. Costa d. verb. patronatus ius Did. Perez d. li. 1. gloss. l. 8. q. Simancas de catholicis instit. cap. 9. a. n. 95. Fuscus de visitatione, lib. 2. cap. 10. numero 21. Molin. d. lib. 1. cap. 24. a. n. 26. Mieres 3. par. quæst. 11. & 4. par. quæst. 23. nu. 74. Doct. Sahagun. in d. cap. quanto. de iudiciis a. n. 27. & alij relati per Cenedum d. collectan. quinta ad decretales, numero 3.

In qua quæst. omnis opinioibus Doctorum relatis per Sahagun. t. ibi qui satis varie & confuse, in hac re loquuntur, distinguendum est, an ius patronatus bonis confisat & adhæreat, an vero personale sit & de per se principale & distinctum? Si ius patronatus bonis confisat, & adhæret, dicendum est, t. bonis propter crimen confiscatis, siue per iudicem laicum, siue per Ecclesiasticum, & ius patronatus illis annexum, in consequentiā & accessorie confiscatum censerī, & in fisco transire indistincte cum bonis confiscatis, etiam quoad exercitium, sicut si esset lis inter duos laicos, de bonis quibus ius patronatus adhæret, dicta per iudicem laicum, ad quem cognitio spectat, de bonis sententia, eius virtute, in consequentiā transiret ius patronatus in victorē, ven-

ditique deinde à fisco bonis in emptorem successiue transferri, ex d. cap. ex literis, & c. cum seculum. Ita gloss. 1. in capite filius & nepotibus, 16. quæst. 7. quam sequuntur Auferius de potestate seculari. reg. 4. fulla. 21. Gigas d. 9. 4. n. 6. Ioan. Nicol. Delphinus de iure patron. lib. 2. n. 220. Costa d. num. 7. in fin. & Sahagun supra, & plures relati per Rochus & Lambert. supra & Rocho magis placet in puncto iuris. Si vero ius patronatus personale est, & de per se principale, & distinctum, non includitur in confiscatione bonorū, nec de per se iudex laicus poterit illud confiscare ex defectu iurisdictionis, & incapacitate, d. cap. quanto iudiciis, sed remanebit penes delinquentem, donec per iudicem Ecclesiasticum priuatur, tanquam indignus d. gloss. 1. in cap. filius & nepotibus, & gloss. in Clementina pastoralis, verb. substantia, de re iudicata, & post alios Gigas d. quæst. 4. Costa, & Sahagun s. quicquid dicat Ferretus s. quæ sententia priuatoria iudicis Ecclesiastici secuta, t. si ius patronatus est sanguinis, & pertinet ad familiam, seu confaguineos, & qui sunt de genere, ad illos transibit iuxta dispositionem fundatoris, si vero est hereditarium, ad extraneos transmissibile euanciscit ius patronatus, & Ecclesia remanet libera, quo casu procedet, quod ait Simancas supra numer. 96. & ita docet Sahagun supra.

Non secuta vero tali sententia t. priuatoria iudicis Ecclesiastici, tale ius patronatus hereditarium, transiret ad hæredem ex testamen. vel ab intestato ipsius condemnati, eo defuncto, ad l. 4. tauri, & ibi D. mazime Tellum, num. 19. & de iure communi in terminis authen. sed hodie C. de donat. inter virum, præterquam t. in crimine heresis, in quo ipso iure est priuatus iure patronatus ex cap. vt commissi. §. priuati de heret. li. 6. ibi, ac honoribus quibuscumque, & in dictis inf. 11. p. c. ult. dub. 1. n. 3.

Sed circa supradicta aduertendum est, t. quod licet Doctores communiter teneant, vt ius patronatus transeat cum re vendita, seu alias alienata, non sufficere, quod inhæreat rei particulari vt fundo, vel palatio, sed oportere quod adhæreat vniuersitati, id est, quæ absque alia expressione contineat in se iura vniuersitas, vt villa, vel castrum, quæ in se continet iurisdictionem honore districtam, & c. Abb. in d. c. ex literis numero 10. Rochus verb. ipse vel is. num. 41. Lamber. d. quæstio. §. artic. 1. & 17. Gregor. Lopez in l. 15. tit. 5. pag. 5. gloss. 4. Salcedo d. reg. 401. ampliatione 3. cum aliis. Ego tamen existimo, t. satis esse adhædere accessorie alicui fundo non solum qui vniuersitatē constituat vulgo hereditamentū. Couar. lib. 1. variar. caput. 13. nu. 3. & Salcedo supra. Sed etiam particulari, seu alij rei particulari, vt si fundans Ecclesiam, vel Capellam statuatur ius patronatus spectare ad dominum talis fudi, vel palatii, & c. Tunc enim vendito, seu alienato tali fundo, vel palatio, accessorie, & in consequentiā veniet ius patronatus, & in his terminis potest procedere opinio t. gloss. in l. in modicis ff. de contrahenda empt. quam sequitur Rom. singul. 56. & alij relati per Lambert. Couar. & Salcedum s. quod sentit Costa. d. nu. 7. in fin. ibi, sed esset annexum alicui villa vel fundo, & P. Molina, de iustitia tom. 3. disput. 620. nume. 6. ad si. vbi ait, Quod quando patronatus annexum est bonis aliquibus temporalibus, sequitur bona illa tanquam adiunctum, & est contra, venditisque bonis illis temporalibus cum eis transit, est plures emanant propter eam qualitatem adiunctam, quæ omnino est inuendibilis. Alias fudus ille, & palatium, essent necessari-

inuendibilia, & inalienabilia, & facit quod tradit Cosmas Philarcus *de officio Sacerd. secunda par. lib. 6. c. 9. ad fin. de quo infra.*

35 Et quamuis ius patronatus sit inuendibile, & pro illo non possit aliquid pretij dari, vt dictum est, tamen hoc non tollit, quin cum illud est annexum bonis ratione illius bona pluris aestimentur, & vendantur, quam alias, vt inquit P. Molina *ubi proxime*. Pretium enim rei attenditur consideratis qualitatibus ipsius rei, &c.

36 Secundo notandum est acquiri hoc ius patronatus, tam per laicos, quam clericos, tribus potissimum modis, fundacione scilicet, constructione, & dotacione, gl. in cap. pie mentis 16. *quest. 7. late Rochus verb. Ecclesiam fundauit, & verb. construxit, & verbo dotauit.* Paul. de Citadinis, 3. part. Lambert. 1. par. 1. li. 9. 2. cum sequent. usque ad 9. Staphil. *de literis gratia, tit. de modo & forma impetrandi §. de iuris patronatus prerogatiua, Rebutin praxi 3. p. signatur. verb. nec non iuris patronatus, num. 3. Corral. d. cap. vltim. num. 3. & 11. cum seq. Mandos. de signatur. gratia, tit. de reservatio. iuris patronat. li. 1. tit. 15. pag. 1. & ibi Grego. Lopez, Did. Perez d. l. 1. tit. 6. li. 1. ordinat. glof. 1. Fuscus de visitatione, libro 2. capitulo 10. Nauar. consil. 7. de iure patronat. Rochus Veronen. de visitatione. verb. de iure patronat. Zerola in praxi Episcopali, 1. par. verb. ius patronatus. §. 2. & Zechus dist. cap. 12. numero secundo & 3. & post hac Gonçal. ad reg. mensium glof. 18. d. n. 33.*

37 Circa quod S. Concilium Trid. sess. 25. t. de reform. cap. 9. sic statuit, *sicuti legitima. &c. usque ad vers. ad hac.*

38 Et declaratur primo, t quod licet ibi Concilium solum præsueret ius patronatus, competens ex fundacione, vel dotacione, non excludit ius patronatus ex constructione competens, sed sub. verb. ex fundacione comprehenditur, ad tradita per Corrasium d. c. vltimo num. 12. Et apparet ex alio decreto eiusdem Concilij sess. 14. de reform. cap. 12. quod huic consonat, & ita in terminis ait Zerola d. §. 2. vers. 3. fundacione, & Menoch. de presumpt. lib. 3. presumpt. 90. d. num. 6. quamuis Gonzalez sup. d. num. 50. cum Flamin. Paris. de confiden. *quest. 28. nu. 240.* dicat tit. constructionis incl udi sub illis verbis, *aliasve secundum iuris dispositionem.*

39 Secundo declaratur, t quod fundare Ecclesiam proprie dicitur, qui fundum dat, seu assignat, in quo Ecclesia construat, seu aedificetur c. Abbas. 2. 18. q. 2. & c. nobis de iure patron. vbi Doct. Corral. sup. nu. 12. & alij sup. relati.

40 Vnde faciens in Ecclesia Capellam, vel Altare, non erit solus patronus illius, sed etiam Ecclesia erit compatrona, & concurret in præsentiando ratione fundi quem ponit, id est, el sitio. Ita Abb. in cap. ad audientiam, de Ecclesiis aedifican. n. 11. dicens non esse ab alio tactum, & esse notandum, quia in multis locis propter inaduertentiam non seruatur, idem Abb. in cap. Ecclesia Viterana de elect. n. 8. circa fin. Feli. in c. cum venerabilis de excep. n. 37. Rochus verbo fundauit, *quest. 10. & verb. construxit, quest. 7. & verb. dotauit, questio. 15.* Paul. de Citadinis 3. par. causa 1. n. 80. & Lambert. 1. par. 1. lib. *quest. 8. ar. 6. & post hac Gonçal. glof. 10. d. n. 9.*

41 Ait tamen Rochus d. verb. t & dotauit, *quest. 1. ad fi.* quod valeat consuetudo vt Ecclesia non sit compatrona ratione fundi, sed præsentiatio tantum spectet construentibus & dotantibus. Capellam, vel Altare, in ipsa Ecclesia, &c. Et sequitur Lamberibi num. 4. sub-

dens quod ideo diceret, non ex inaduertentia, vt dicit Abbas, non obseruari, quod Ecclesia ratione fundi non sit patrona Capellæ, vel Altaris, intus eam fundata, sed ratione huius consuetudinis, quam vidisse seruari ait num. precedenti, & ita etiam videmus seruari in Hispania. Nam nunquam Ecclesia concurret in præsentiando ad huiusmodi Capellas, &c. sed constructor, & dotator, & eorum successores tanquam patroni soli, sequitur etiam Gonzalez sup. n. 13.

Rursus prædicta doctrina non procederet, etiam 42 seclusa consuetudine, quando faciens Capellam solueret aliquid Ecclesiæ pro fundo, id est, el sitio, vt follet fieri in Hispania, nam tunc non potest dici Ecclesiam ponere fundum, cum illi soluatur pretium pro illo. Quod videtur posse fieri, nam permissio, & licentia ibi aedificandi, t videtur pretio aestimabilis, & 43 non quod spirituale, & post hac tradit Gonç. d. glof. 10. n. 14. & 15.

Tertio declaratur sola fundat. t hoc est fundi assignat. non statim quæri ius patron. sed secuta constructio. & dotatio. vel ab ipso fundatore, vel ab alijs. Abb. consil. 106. 2. p. Roch. in princ. n. 3. & verb. fundam. n. 9. 2. Corral. sup. n. 1. & Greg. Lopez. d. l. 1. gl. & vide Lamb. 1. par. 1. lib. *quest. 1. ar. 1. sub n. 16. & 3. quest. articuli. 1. & 4. questio. artic. 1.* Nam non potest quis dici patronus Ecclesiæ, quæ nondum est, forte quo non est futura, c. ad audientiam 2. de Ecclesiis aedifican. & Corral. n. 13.

Ecclesia tamen, t seu capella incepta aedificari, seu 45 posito primo lapide cum consensu ordinarij, statim etiam ante perfectionem videtur acquiri ius patronatus, licet non exercitum, & effectus stabilis procedet ex adimplentione causæ quam facit, Lamber. d. q. 4. ar. 9. Si enim poenituit, & reliquit aedificium, non acquiritur ei ius patronatus, sed perficienti, Paul. de Citad. 3. p. causa 1. q. 14. & Gregor. Lopez. dist. lib. 1. glof. 5.

Nam licet tale aedificium inceptum non t possit 46 adhuc dici Ecclesia, vel Capella proprie, tamen ex quo cum autoritate ordinarij est inceptum, est locus pius, & religiosus, maxime si ibi est fixa Crux, &c. vt in cap. nemo 9. de consecratione dist. 1. Durandus de rub. li. 1. c. 2. n. 7. & sic in illo cadit ius patronatus.

Et addit Lamber. sup. t quod si dos daretur in limine fundacionis Ecclesiæ, vel post, ante tamen consecrationem, & etiam ante perfectionem aedificij, adhuc diceret cadere exercitum iuris patron. vt præsenteretur Rectori, saltem pro administranda dote, licet non quoad alia, &c. Ecclesia etenim incepta t statim ca- 48 pax est dotis, iuxta dicta, & sic dos in specie assignata, & donata ante affixionem primi lapidis, statim post illius affixionem ei acquiritur absq; traditione ad l. fi. C. de Sacrosanct. Ecclesiis.

Nec obstat t quod Ecclesiæ construendæ quæ non 49 est, non potest fieri donatio cap. Abbate de re iudic. in 6. & d. cap. ad audientiam 2. & ibi Abb. num. 3. & Rota in Gienen. præstimonij infra relata. vltim. par. cap. 2. num. 195. Quamuis Ecclesia nondum constructa, possit etiam hæres institui, & sibi legatum relinquere, cap. 3. de testamen. & ibi Abb. num. 2. & Imola nu. 5. Guli. Benedic. in repet. cap. Raynuius, de testamen. verb. & Soboles quam gestabat in vtero, nu. 52. & Mieres de maior. aub. 1. par. *quest. 36. nu. 3.* & fuit resolutum coram D. Orano, in vna Sutrina Monasterij de anno 1598. cuius differentie rationem tradunt post Bart. Abb. Guli. Benedic. & alijs supra. Nam respon-

spondetur id non procedere in dotatione t ex causa dotis, quæ recte potest fieri Ecclesie construendæ, non solum obligando se dotaturum, & traditurum, sed etiam statim assignando, & donando bona pro dote, vt in d. cap. ne mo, vbi Archid. & Domin. explicantes illud verbum, *Diffinitur*, id est, *diffinitur* tradat, vel, *ad tradendum per publicum instrumentum solemni- ter se obliget*, & Rochus d. verb. & dotauit, qu. 7. Lambert. d. 1. par. 1. lib. quæst. 5. art. 10. non vt statim acquiratur Ecclesie, sed cum fuerit ædificata, vel saltem incepta, sicut Ecclesie construendæ potest concedi priuilegium, non vt statim sit priuilegiata, sed postquam fuerit constructa, Abb. in d. cap. ad audientiam numer. 2. sic intelligens tex. ibi, & Guido Papa deci. 267. & ibi, add. Ranchini, & Guli. Benedic. sup. n. 15. & alij.

51 Quarto declaratur sub constructione, t seu fundacione, comprehendi etiam reædificationem, ex qua cum Ecclesia est penitus destructa, seu diruta, ita vt noua consecratione indigeat, acquiritur ius patronatus perinde ac si ab initio construeretur, quamuis reficiens Ecclesiam non penitus destructam, non efficiatur patronus, ita glos. in cap. 3. de iure patronat. quam D. sequuntur. Staphil. supra n. 6. & 7. Rochus verb. construxit, quæst. 8. num. 12. Lambert. 1. par. 1. lib. qu. 6. art. 3. Mandos. d. tit. de reseruat. iuris patron. vers. magna est disput. Greg. Lopez. d. l. 1. gl. 3. A. Rochus Veronen. supra, Zerola d. 9. 2. ad fin. (Qui tamen aliquantulum variat. 2. par. verb. Ecclesia 9. 9.) Rota in vna Regimen. Archipresbyteratus 13. Ianuar. 1553. coram Domino Anto. August. in qua fuit resolutum. Ius patronatus concessum a Papa ex causa reparationis Ecclesie, quasi collapsæ, esse reuocatum per reuocationem concessionum iuris patronatus, præterquam ex dotatione, & fundacione, quia Ecclesia non erat restituta a fundamētis, vnde non poterat dici ex fundacione, sed ex priuilegio, &c. Et in vna Boronien. iuris patronatus, vigesimo Martij millesimo quingentesimo septuagesimo quarto, coram D. Robulterio, quæ est 1. par. diuersor. deci. 1598. numero primo & 2. & in vna Perusina de Confinito, tertio Decembris millesimo quingentesimo septuagesimo sexto coram D. Blancheto quæ est eadem 1. par. deci. 306. & in vna Valentina parochialis de Cosentayna 26. Ianu. 1582. coram D. Seraphino quæ est 2. par. diuersor. deci. 269. numero secundo, & in Placentina parochialis de Mirabel infra adducta numero 117. & in Patauina de qua infra numero 121. & in Valentina de Carletis infra relata numero centesimo vigesimo septimo Et ita est accipiendus, Menochius. d. prescrip. 90. n. 6. dicens acquiri ius patron. reædificatione, & post hæc tradit Gonc. d. glos. 18. n. 53. allegans etiam deci. Sarcana. & Comspanan. de quibus infra n. 122.

52 Quinto declaratur ita demum acquiri ius t patronatus ex dotat. si sit congrua, & sufficiens, nam dotas insufficienter, non efficiatur patronus, glos. in cepit. quicunque 2. 16. 9. 7. Abb. in cap. ad audientiam 1. de eccles. adifican. nu. 4. Roch. verb. & dotauit, q. 8. & 9. Lambert. 1. p. 1. li. 9. 5. art. 12. Greg. Lopez. d. l. 1. gl. 3. & 5. A. Roc. Veronen. supra, & Rota deci. 528. sub. n. 2. par. 1. diuersor. & censuit S. Cong. Concilij vt in seq. declaratione, super c. 4. s. de refor. dotans insufficienter quod arbitrabitur ordinarius, non acquirit ius patronatus, sed dicitur benefactor.

6 Quod procedit, t etiam si dos minus congrua sit assignata, cum consensu Episcopi, illam approbantis pro congrua, Rochus dicit. quæstion. 9. quicquid dicat Lambert. ibi, art. 13.

Si tamen concurrunt plures t in dotatione, dantes simul dotem competentem, licet inæqualiter & singuli non dent dotem competentem, omnes æqualiter patroni, sicut etiam quando plures concurrunt in fundacione, & constructione, Abb. d. num. 4. & in rubrica de iure patron. nu. 6. Rochus. d. verb. & dotauit, quæst. 12. Lambert. 1. par. 1. lib. quæst. 3. art. 5. Corraf. d. cap. ult. n. 14. Greg. Lopez. d. glos. 5. & A. Rochus Veronen. supra, & censuit S. Congreg. vt in sequen. declaratione, super d. cap. 4. Quando concurrunt plures in dotatione, licet æqualiter non coneribuant, omnes efficiuntur patroni, etiam si sufficientem dotem ex se singuli non conferant, diuinodo Ecclesia habeat dotem competentem, quia ex quo ille qui plus contulit, admisit alium secum, videtur ipsi communicare ius sibi competens in illo patron.

Sexto declaratur, t acquiri ius patronatus ex dotatione Ecclesie, etiam iam constructæ, & etiam iam consecratæ, quando esset sine dote, & cum consensu Episcopi id fieret, Innoc. in rubr. de iure patron. Cardin. & Abb. n. 9. in cap. 3. eodem iur. idem Abb. consil. 59. 2. par. Selua de Benef. 1. par. quæst. 5. circa fin. n. 181. Rochus verb. & dotauit, quæst. 2. & 3. Lambert. 1. p. 1. li. 9. 5. art. 15. & quæst. 6. art. 1. & Greg. Lopez. d. l. 1. gl. 3. & 6. dicentes communem, A. Rochus Veronen. supra, & Zerola 2. p. verb. ius patron. sub 9. 13. Rota d. dec. 528. p. 1. diuersor. & deci. 99. p. 2. Circa quod vide infra 6. not. a n. 122.

Quamuis contradicat glos. in cap. pia t mentis 16. quæst. 7. quam sequitur Felin. in d. cap. cum venerabilis de except. n. 37. dicens quod ad hoc vt quis sit patronus, requiritur assignatio dotis, tempore fundacionis, non post. Et est declaratio S. Congreg. Concilij super d. ca. 4. sess. 21. de reform. quæ sic ait. t Cong. Concilij censuit, quod Ecclesia matrice, seu parochialis, non acquirit ius patronatus in Ecclesia fundata intra suos limites, nisi de suo aliquid contulerit, nec obstat si d. ceterum, quod oblationes futurae sunt loco dotis, quia ad hoc vt acquiratur ius patronatus, requiritur quod assignatio dotis fiat tempore fundacionis, & non post, & limitatur quando Ecclesia ex necessitate populi construitur, ve capit. ad audientiam de Ecclesiis ædifican. quò casu erunt loco dotis, & sic dotans, & Rector Ecclesie erunt ambo patroni vt d. cap. ad audientiam Et alia quæ ait, Congreg. respondit Episcopo Montis Regalis, quod si ipse indicauerit, t dotem quæ a quodam laico promittebatur, iunctis obuentiombus (nam ex necessitate populi construenda erat,) esse sufficientem pro Ecclesia parochiali de nouo erigenda, in terminis huius decreti illam erigat, & Presbytero qui nominatur, si per examen illum idoneum ad regendam Ecclesiam inuenerit, conferat sine concursu, pro hac prima vice. Vnde ait S. Congregatio ad acquisitionem iuris patronatus, dotem debere assignari tempore fundacionis, & non post, nisi quando ex necessitate populi construitur Ecclesia.

Sed respondetur id solum t procedere in specie, de qua ibi, in qua oblationes futurae non possunt dici dos, nisi quando ex necessitate construitur Ecclesia, quia illæ non dantur ab Ecclesia matrice, sed eo ipso quod Ecclesia parochialis est fundata, ad illam de iure pertinent, & non ad matricem. Et illa ratio non est applicanda ad casum quando, dotatur Ecclesia constructa, quæ erat sine dote.

Septimo declaratur, t quod licet ex dotatione acquiratur ius patron. non tamen ex simplici dotatione legato, vel largitate bonorum, nisi hæc fiant pro dote, tacite, vel expresse, quia simpliciter donans

vel legans, videtur potius benefactor, quam dotator & acquiritor iuris patronatus, & iura indulgent ius patroni non benefactori, sed dotanti, *dist. cap. filius 16. quasi 7. tradit post alios Rochus dist. verb. & dotant, quasi 6. Lamber. d. 1. par. 1. lib. 9. c. 6. art. 1. & 2. Greg. Lopez d. gloss. 5. & Zechus d. cap. 12. nu. 12. vers. notandum autem, & fuit tentum per Rotam in vna Imolen. iuris patron 7. Junij 1577. coram D. Cantucio, quæ est 2. p. diuers. decis. 167. num. 3. Et in vna Aretina Capellanæ, seu iuris patroni 16. Decembris 1594. & 10. Mar. 1595. coram T. D. Seraphino fuit resolutum; Ius patronatus competere ex dotatione, non ex donatione, quia tunc potius est benefactor quam patronus, & dotator, ut in d. decis. 167. & sic ius patroni potius competere hospitali, cui donata fuerunt bona, ut posset habere Capellanum, qui pro ipsius donatoris anima celebraret, ex quibus donata fuit Capellania, quam ipsi donatori, cui non constet donasse pro dote, & testes deponentes de auditu, & publica voce, & fama, & patronatus præsentia familia donatoris nihil facere, non concurrente quasi possessione presentandi, Cassador. decis. 2. de probatio. Puteus decis. 60. lib. 1. maxime si deponunt per verbum presentis temporis, & sic non probant de tempore ante motam litem, Abb. in cap. licet de testibus numero 3. & magis credi aliis testibus, in contrarium deponentibus de publica voce, & fama, pro hospitali habentibus concurrentem quasi possessionem presentandi pro hospitali, & ultimum statum, qui soles attendi ad indicand. qualitatem Beneficii, Puteus decis. 189. & 192. li. 1. Decius consil. 126. & c.*

Vnde male ait Menoch. d. præsumpt. 90. n. 6. acquiri ius patronatus ex dotatione.

62 Octauo declaratur, quod fundans, construens, vel dotans Ecclesiam, seu Beneficiū, acquirat ius patroni, etiam si illud non reseruauerit, dummodo expresse non remiserit, cap. nobis de iure patron. & est receptissima conclusio, Staphi. d. 1. de modo, & forma impetrat. 5. de iuris patron. prærogatiua, n. 5. & post alios Rochus verb. & Ecclesiam fundauit. quasi. 8. n. 12. late Lamber. 1. par. 1. lib. 9. quasi. 2. art. 4. Gregor Lopez d. 1. gloss. 6. Flam. Paris. de confiden. quasi. 28. n. 231. Zerola sic intelligendus d. verb. ius patronatus §. 2. in princ. Marc. Anton. Genuen. in d. præxi cap. 61. n. 14. & Rota decis. 5. de iure patron. in antiq. & d. dec. 167. n. 4. quicquid in contrarium scripserit Paul. de Citad. 3. p. can. 2. q. 5. ex n. 12.

63 Fundans tamen Ecclesiam, seu Capellam, & potest in totum, vel pro parte remittere ius patronatus, & limitare illud inducere in præiudicium hæredum, vel descendendum, ut sibi placuerit, cap. significauit de testib. c. 1. de iure patron. in 6. vbi Archid. & alij, Bald. in l. 2. C. de in ius vocan. Rochus verb. ipse vel is, num. 18. Lamber. 2. par. 1. lib. 9. quasi. 2. art. 2. & 4. Rota in vna Cremonen. iuris patron. 18. & 21. Maij 1578. coram D. Robustio quæ est 1. par. diuers. decisio. 385.

64 vbi tamen Rota id intelligit, & si fundator expresse exclusisset hæredes vel limitate, & taxatiue induxisset solummodo pro talibus, non autem quando simpliciter exprimit, & nominat aliquos patronos, nam non ideo excludit se ipsum, & suos hæredes, & conf. Anchar. 81. quod aut communiter receptum, & Calder. 4. de iure patron. qui negant, quod ipse fundator, & sui hæredes, fuerint unquam ab illis nominatis exclusi, quoniam, ab initio cum illis inclusi, nam prouisio hominis, non facit cessare prouisionem legis, & c. contra consilium Gemin. quadragesimū quintū qui ait, quod expressio aliquorum patronorum censetur facta ad exclusionem aliorum, & c. Et ista decis. Rotæ fuit bis confirmata coram D. Se-

raphino, nono Junij & 25. Nouembr. eodem anno 1578.

Sed consil. Gemin. videtur & menti fundatoris, & praxi, & maxime in Hispania conformius, & consonat consilio Calder. §. dist. iur. de iure patr. & accedit doctrina Lamber. 2. p. 1. lib. 9. quasi. 4. n. 6. vbi ait, quod si facta fuisset reseruatō per patronum pro se, & hæredibus sui sanguinis, non transiret ad extraneos, maxime si apponeretur dictio tantum.

Si tamen fundator relinquat ius patronatus filio suo, & descendibus, & ille decedat sine descendibus relicto hærede collateralis, vel extraneo, ut in terminis d. consil. Ancharra. tunc ius patronatus transibit in talem hæredem, ex quo filius decessit sine descendibus, & casus iste tanquam omisus, relinquatur dispositioni iuris communis. l. commodissime ff. de lib. & posth. & ius patro. fit liberum l. qui solidum §. p. adiun. ff. de lega. 2. Achil. decis. 300. seu viic. de donato. Gama. decis. 193. & ibi add. Flor. Menoc. conf. 90. n. 109. l. 1. Spino de testam. gl. 19. n. 57. & idem erit in similibus casibus. Et sic poterit procedere d. consil. Anchar. & quod cum eo tradit Rochus d. verb. ipse vel is n. 19. & ita intelligit Lamber. dist. questione secunda articulo 5.

Vnde etiam si fundator reseruaret ius patronatus sibi, vel alij, verbi gratia, Petro transiret ad eius hæredes ex testam. seu ab intestato, Calderin. d. consil. 4. de iure patr. Anchar. d. consil. 81. Roch. verb. Ecclesiam fundauit q. 8. n. 5. & Lamber. d. art. 4. & 5. nisi illa reseruatō esset facta, cum aliqua qualitate, vel expresse, per quam vellet ius patronatus durare tempore suo, vel nominati, & non ultra, Lamber. d. art. 4. n. 5.

Licet autem à princ. possit fundator remittere ius patronatus, vel illud ordinare prout voluerit, eo tamen in esse deducto, & perfecto autoritate ordinari, non potest illud reuocare, seu mutare, nec tollere ab eis quos voluit esse patron. & c. Roch. verb. ipse vel is n. 33. Lamber. 1. p. 1. lib. 9. quasi. 2. art. 10. n. 4. & 2. par. q. 1. art. 21. n. 5. & Rota decis. 228. sub. num. 1. p. 1. diuersorum.

Vnde etiam si reseruauit ius patronatus sibi, & filiis, & descendibus suis, aut consanguineis, seu illius de parentela, non poterit illud renuntiare, seu transferre in alium, in præiudicium filiorum, & descendendum, aut consanguineorum, licet in hoc contra teneat Roch. d. verb. ipse vel is, q. 3. n. 72. & Lamber. 2. p. 1. lib. 9. quasi. 2. art. 6. & art. 8. n. 7. Et nostra sententia comprobatur ex eo, quod in simili de feudo, & emphyteosi accepta à parte, pro se & filiis cum communi, tradunt Ias. in l. 2. C. de iure emphyt. q. vlt. à n. 207. Couar. l. 2. variar. c. 18. n. 2. Alu. Valascus de iure emphyt. qu. 49. n. 6. & nouissime Rodr. de annuis redditibus l. 2. q. 22. n. 37. & seq. & alij relati Ant. Gab. conclus. 2. de iure emphyt. n. 6. & 44.

Et à fortiori, & id non poterit facere patronus successor, ut tenet Franc. in c. 1. de iure patr. in 6. sub. n. 4. cum Anchar. Roch. d. q. 33. n. 72. & 73. & Cou. d. c. 18. n. 10. & Molina de Hispanorum primog. l. 1. c. 2. n. 315. cū aliis quos referunt. Quicquid contra teneant Calder. conf. 19. de iure patr. & Lamb. vbi proxime, quorum ratio quod tunc transfertur ius gradatim, de patre in filium, vnde stāte primo gradu cessat secundus, & sic iuuante patre filius nullam potestatem habet in iure patronatus. & c. solum probat quod viuente possessore ad eius vitam, renuntiatio seu translatio ista fieri possit absque sequentis præiudicio

cio, vt per Couarru. *ibi*, & comprobatur ex eo, quod de feudo, seu emphyteosi antiqua sine controuersia tradunt Doctores, vt per Iaf. & Anton. Gabr. *sup. Iul. Clarum*, §. *emphyteosis* qu. 16. & §. *feudum* q. 41. Pinel. in l. 1. C. de bonis mater. 3. p. n. 97. & seq. & Valaf. *sup. d. n. 6.* & 9. & alios, illudque verum existimo etiam vbi patronus ius patr. dedit, seu renuntiavit Ecclesiæ cuius patronus erat, vt in specie dicto consilio Calderin. nam eadem militat ratio, licet dubitat Couarru. *supra*.

71 Nono declaratur ius patron. acquiri t ex prædictis causis, interueniente auctoritate, & consensu ordinarij, non alias, d. cap. nobis, & ibi Dd. de iure patron. Calder. *conf. 5.* eodem tit. Staphil. *sup. n. 1. 2. 6.* & 7. Selua 1. p. qu. 6. Roch. verb. pro eo quod de diocesiensi consensu, Lamber. 1. p. 1. l. 9. 2. art. 3. cum seq. vbi late de hoc Corraf. d. c. ult. n. 3. 4. & 13. Mandof. *diel. tit. de reuocat. iuris patron.* vers. magna est disputatio, Greg. Lopez d. l. 1. glof. 6. Did. Perez d. l. 1. q. 3. Fuscus de visitatione, l. 2. c. 10. n. 5. Nauar. d. *conf. 7.* de iure patron. A. Rochus Veronen. *supra*, & Zerola d. §. 2. Rota de *dec. 222.* & 223. n. 3. p. 1. diuerso. & in causa Imolen. iuris patron. 18. Nouembr. 1578. coram D. Cantucio, quæ est 2. p. diuers. *dec. 85.* in qua fuit resolutum. Abbatem habentem potestatem dandi licentiam edificandi Ecclesias intra suam parochiam, in quandam consequentiam, habere etiam facultatem præstandi auctoritatem & consensum creationis, & acquisitioni iuris patron. cum regulariter non soleant Ecclesiæ edificari sine acquisitione iuris patron. & sic potestas dandi licentiam construendi Ecclesiæ, trahit secum tanquam quod consecutum, potestatem consentiendi acquisitioni iuris patron. & dict. potestas dandi licentiam edificandi Ecclesiæ, videtur concedi ad finem, vt edificans acquirat ius patron. c. Et fuit firmatum 23. Mart. 1579. vt in *dec. 99. ead. 2. p.* Rota etiam in vna Toletana iuris patron. decimo octauo Mar. 1602. coram Domino meo Corduba.

72 Qui consensus sufficit, quod interueniat t ex post facto, Roch. d. verb. pro eo quod, q. 4. Lamber. 1. p. 1. l. 9. 12. art. 12. Corraf. *supra* n. 25. & Rota in Aquen. iuris patron. 7. Nouemb. 1601. infra relata *ultima p. ca. 2. n. 210.*

Et an præsumatur iste consensus interuenisse, vide 73 t Seluam *sup.* Lamber. d. q. 2. art. 7. Mandof. *conf. 32. n. 5.* & 6. Mascar. de probat. *concl. 416. n. 4.* & Menoch. d. libro 3. *presumpt. 90. n. 18.* & l. 6. *presumpt. 79. numero 4.*

74 Et in vna Romana iuris patro. t 10. Mar. 1595. coram illustrissimo Mellino fuit resolutum. Assensum superioris in edificatione Capelle ad effectum iuris patron. probari ex diuturnitate temporis adificatione Capelle, cum insigniis & armis visitatione Superioris Capelle, vt de iure patron. & promissione Papæ, vt de iure patronatus, Calderin. *conf. 12.* de iure patron. Rochus verb. pro eo quod, n. 19. Lamber. l. 3. q. 5. art. 4. Ripa in c. cum Ecclesia Sutrina, nu. 97. de causa poss. Caputaquen. *dec. 158. p. 2.* & c. Et in vna Lucana Capellæ 20. Iunij 1567. coram D. Seraphino fuit etiam resolutum, Consensum interuenisse in fundatione, vel donatione ad acquirendum ius patron. ex cursu temporis præsumi, & c. Zerola in *diel. praxi* parte secunda verbo Ecclesia, §. quinto.

75 Vicarius autem Episcopi, t sine speciali mandato non habet auctoritatem ad reservationem iuris patronatus, Calder. *conf. 3.* de officio Vicary, Ferret. *conf. 327. 343.* & 344. Sbrotius de Vicario Episcopi, l. 2. q. 31. quem vide, Zerola in *praxi* 1. p. verb. Vicarius, §. 11. 13.

Rota in d. Placentina parochialis de Mirabel. infra adducta n. 117 sicut etiam Vicarius, sine speciali mandato, non potest confirmare t donationem iuris patronus, Calder. *conf. 1.* de offic. Vicary, Rebuffus in forma Vicar. n. 184. Ferre. & Sbrotius *sup.* & tenuit alias Rota, Et quod confirmatio donationis t iuris patronatus obtema a Legato Apostolico, cum narratima quod accesserat auctoritas Ordinarij, fuit iudicata inualida, & surreptitia, quia non auctoritas Ordinarij, sed Vicarij accesserat qui non potest confirmare, Rota *dec. 2.* de confirmatione, vt ibi in notis, Decius in ca. 1. eodem tit. nec obstat clausula, quorum tenores, & supplettes, quia non possunt supplere, & tollere vitium non narratum, & falsitatem illorum. & c.

Et an, t & quando præsumatur facultas Vicarij, qui iuri patronatus consensit, vide d. *dec. 98. p. 1. diuerso.* ex n. 7.

Capitulum vero sede vacante, t potest dare licentiam volenti edificare Ecclesiæ, vt fiat patronus, Calder. *conf. 3.* de iure patrona. Pauinus de offic. & potest. Capituli sede vacante §. *questione secunda parte n. quinto.*

Et an regulares possint edificare sine licentia Ordinarij, t vide Emanuelem Rodriguez, qu. reg. 2. tom. 80 q. 49. art. 3.

Tertio notandum est, t quod licet Concilium Trid. d. c. 9. præseruet ius patronatus competens ex fundatione, vel donatione, non refutat illud, quod alias potest probari secundum regulas iuris communis, vt patet ex illis verbis Concilij, Aliasue secundum iuris dispositionem. Quod sæpe Rota censuit, & tradunt Hiero. Gabr. *conf. 192.* & 198. l. 2. & Menoch. *conf. 241.* a n. 1. præsertim n. 7. l. 3. & *conf. 336.* a n. 1. l. 4. & d. præsump. 90. a n. 9. & facit *dec. 1.* in causa Tuden. iuris patron. 13. Iun. 1572. coram D. Lancelloto, quæ habetur 2. p. diuerso. *dec. 311.* & *dec. 798. p. 1. sub. n. 4.* vbi habetur, quod in his, in quibus non præsumitur vfurpatio, immutatur per Conciliū, sed relinquatur in dispositione iuris communis, & tradit González *gl. 18.* a n. 54.

Vnde non solum ius t patronatus probatur ex immemoriali, Hier. Gabr. *ibi*, & Valascus *consultatione 163. 2. p.* quæ probat legitimum titulum ex fundatione, vel donatione, Abb. in c. querelam de elect. n. 9. Fel. in c. causam, num. 6. de præscrip. Mohed. *dec. 3.* de iure par. alias 254. Rota *dec. 214.* & 220. l. 2. & 243. & 254. l. 3. par. 3. diuers. & in Pampilonen. Beneficij de anno 1557. *sup. relata 5. p. c. 1. num. 551.* Marc. Ant. Genuen. c. 61. num. 16. & posthæc Gonçalves *sup. num. 44.* & Concilium ibi, Sine ex multiplicatis presentationibus & c.

Sed etiam ius patronatus antiquum, t probatur per famam, concurrente longissima quasi possessione præsertandi secundum iuris dispositionem, Achil. *dec. 4. n. 10.* & 6. de iure par. Put. *dec. 60.* & 140. in fi. l. 1. Rota *dec. 481. l. 3. p. 3.* diuerso. & in Imolen. iuris patro. 28. Maij 1584. quæ est 1. p. diuers. *dec. 792.* & in Aretina Capellæ seu iuris patron. de qua *supra* numero 61. Mascar. de probat. *concl. 959.* a numero 19. González *supra* numero 56. cum aliis infra adducendis, & in iure conferendi diximus *sup. c. 5. n. 144.* Quamuis etiam solam famam sine possessione probare ius patronatus, in antiquis velit Menoch. d. *conf. 336.* nu. 14. & 15. l. 4. & d. *presumpt. 90. nu. 11.* contra quem etiam est *dec. Rota* in Braccaren. parochialis, 1. Iul. 1592. *sup. relata c. 5. n. 41.* Ita vt non t censeatur reuocatum per Conciliū, vt fuit resolutum in causa Tirafonen. iuris præsertandi, 5. Maij 1593. coram D.

Rr 3

Penna, & postea 24. Ianuar. 1594. coram D. Lita, vt in dec. seq.

Tirasonen. iuris prestand. die Mercurij 5. Maij 1593.

Fuit conclusum, ius presentandi ad portiones competens Cap. Ecclesia Tirasonen. non fuisse reuocatum per Concil. Trid. sess. 25. c. 9. nam licet Concil. praseruet ius competens ex fundatione, vel dotatione, non refutat illud quod aliter potest competere, & probari secundum reg. iuris communis, vt patet ex illis verbis, aliaque secundum iuris disposit. quod sepe Rota censuit & iradum Gab. conf. 198 l. 2. & Menoch. confil. 241. n. 1. & seq. l. 3. Cum autem hic constaret de longeva quasi poss. capit. Tirason. presentandi ad varias Ecclesiarum B. Maria S. Mich. & S. Barthol. cum portionibus annexis, probata per testes deponentes de publica voce, & fama satis sufficienter dicitur probatum ius presentandi, secundum iuris dispositionem, ita vt non censereetur reuocatum per Concilium, cum predicto modo etiam ius patron. probetur, Cassad. dec. 2. num. 4. de probat. Bald. in l. cum sup. num. 1. C. de rei vendic. Achill. decif. 6. incip. fama quae probat. tit. de iure patronat. in impress. Decius confil. 117. num. 3. vers. & ista conclus. neque capitulo Tirasonen. obstat laudum de anno 1529. c. 17. quod de iure non tribuebat ius presentandi, quoniam capitulum non pretendebat istud ius vigore laudi, licet laudum illud praseruaret, prout hactenus fuerat consuetum & coram R. P. D. Blancheto patuit ante laudum quoque, presentatos ad Vicarias simul habuisse portiones; vnde constabat de statu presentandi, Dicebant item Domini, satis posse dici ius presentandi competere capitulo Tirasonen. ex dotatione, nam cum capitulum esset Rector predictarum Ecclesiarum, & ad ipsum propterea pertinerent omnes decime, c. cum cotingat, & c. cum in tua de decimis, & certam portionem earum, videlicet quinque partes de duodecim Ecclesiis istis assignauerit, satis dotasse dicebatur, & ius presentandi legitime acquisisse, cum isto quoque modo secundum iuris dispositionem ius presentandi competat Hostien. in sum. tit. de iure patron. §. ex quibus vers. idem videtur si Ecclesiam dotauit, Zarabel. in rubr. de iure patr. n. 3. Lamber. de iure patr. l. 1. art. 14. & 15. n. 2. & art. 18. p. 1 §. 9. principalis, Rochus eod. tract. in verb. dotauit, n. 4. ubi restatur de communi, quod etiam fuit decisum in hac causa, tam coram bona memoria Cantuicio, die 18. Iunij 1584. quam coram Bnballo die 10. Febr. 1586. portiones antea fuisse dotatas, non faciebat cessare ius presentandi acquisitum, ex augmento dotis, quod non tollitur per Concilium, praesertim quando apparet, augmentum factum in euidentem Ecclesiae utilitatem.

In eadem 24. Ianuarij 1594. coram D. Lita.

Debitum, an sententia lata 5. Maij proxime praeteriti ad fauorem capituli Tirasonen. super Vicariis S. Michaelis, & S. Barthol. & portionibus sit iusta, vel iniusta, ita vt sit confirmanda, vel infirmanda, & Domini resolverunt dictam sententiam esse iustam, & ideo esse confirmandam, constat enim de iustitia illius, ex decisione factis coram dominis Blancheto & Penna, quae in

disputatione praesentis dubij fuerunt praesuppositae, vltra quod con clis. illa alias per Rotam in hac causa firmata, satis iustificatur, quod scilicet ius patronatus antiquum, probetur per samam publicam, iuncta praesertim quasi possessione presentandi, Bald. in l. cum super, numero 1. C. de rei vendic. Decius confil. 117. numero 3. & confil. 174. numero 2. Ferretus 293. Menoch. 241. numero 22. Cassador. decif. 2. numero quarto de probatio. Achill. decif. 5. de iure patron. Put. 140. in fin. l. 1. Paleot. 27. & fuit dictum in causa Imolen. iuris patronatus 28. Maij 1584. non ob stare dixerunt Domini, quod fama non sit qualificata, hoc est, ex fundatione, vel dotatione, quia in dubio fieri debet inter pretatio pro validitate actus & sic, vt sit fama iuris patronatus, ex fundatione, vel dotatione ad l. quoties, de rebus dubiis cum vulgar. & hinc est, quod sufficit testes dicere ius patronatus, quia de iure ad aliquem, cum idem sit ac si dicerent, ad eum spectare ex fundatione, vel dotatione. Achill. decif. 7. de iure patron. vltra quod ex eo cessare videtur omne obiectum quod constat capitulum Tirasonen. dotasse dictas portiones, cum onere administrandi Sacramenta in dictis Ecclesiis, mediante assignatione quinque partium ex duodecim decimarum, quae per ipsum capitulum praecipuntur vt Rectorem d. Ecclesiarum, ad notata per Lamber. de iure patron. l. 2. p. 2. artic. 2. quae 7. nec refert quod per prius dicta Portiones essent dotatae, cum vnicuique earum esset assignata certa summa florenorum, quia fuit consideratum, quod dicta solutio fiebat portionariis ab eodem capitulo Tirasonen. Vnde siue illa consideretur vti dos dictarum portionum, siue ipsa assignatio quinque partium decimarum, quae postmodum loco ipsius subrogata fuit, semper tamen verum erit dicere, dossem dictarum portionum, provenire a dicto capitulo Tirasonen. & ex bonis illius cum subrogatum in omnib. & per omnia succedat in locum rei, in cuius locum subrogatur, ad tex. in l. si eum §. qui iniuriarum, si quis cautionibus Ruin. confil. 169. n. 3. l. 1. quo fit vt testes deponentes de fama iuris patron. intelligi debeant respectu fama iuris patron. competentis capitulo ratione dotationis, & sic ex illo ut. praecedenti, de quo apparet ad l. 1. §. fin. de exceptione rei iudic. l. 2. C. de acquir. possessione Angel. l. quaedam mulier. ff. de rei vendic. Socin. confil. 151. l. 4. Nec ob stare dixerunt Domini, quod non esset capitulum Tirasonen. praesentasse ad portiones, sed solum ad Vicarias, quia cum fuerit resolutum coram Domino Blancheto constare de statu sufficienti, quod presentati ad Vicarios simul habebant etiam portiones, necesse est fateri, quod talis praesentatio vires suas extendit, etiam ad portiones, quae simul cum ipsis Vicariis vacabant, tum ex deductis in dicta decisione Tum denique, quia alias impossibile esset dare casum hunc, quod Capitulum habeat liberam facultatem, prout habet, presentandi in Vicarios, quos voluerit in d. Ecclesia, & quod tale onus administrandi Sacramenta in illis, sustineatur per ipsos portionarios, cuius occasione, eisdem etiam fuerunt assignatae quinque partes decimarum, nisi demus, dictas praesentationes ad Vicarios capitulo Tiraf. praeservatas etiam in vigore laudi, Apostolica auctoritate confirmati, extendere vires suas etiam ad portiones vacantes, simul cum ipsis Vicariis argumento libro secundo. ff. de iurisdictione omnium iudicum & l. oratio ff. de sponsa, nec capitulum Borgia potest pretendere se gravatum, in eo quod condonatum fuit in expensis, cum Rota stilus sit, vt Vicarius Vicari regulariter in expensis condemnatur, nec talem condemnationem potuit pretendere iniustam, ex eo quod sententiam Rotaalem habuisset pro se, quia cum illa ex eisdem actis fuerit reuocata iusta dicitur

con-

condemnatio. Caput. aquen. decisione 142. parte tertia. Vide alias decisiones in hac causa adductas, vltima parte caput. secundo à numero ducentesimo trigesimo-quinto.

86 Et dicta probatio videtur sufficiens, etiam contra Ordinarium vindicantem Ecclesiam in libertatem, ex adductis. Quamvis in vna Pampilon. preminentiarum coram Domino Mantica, in qua decimo septimo April. millesimo quingentesimo nonagesimo secundo, dixerunt Domini; ius patronatus antiquum, probari per publicam vocem, & famam, ubi concurrat legitima quasi possessio presentandi. Putens, dicta decisione quadragesima & 160. libro primo & in probatione iuris patronatus, multum solere Rotā deferre enuntiatiis Ordinariorum, Rota decisione vndecima de iure patronatus in nouis; Putens decisione vigesima tertia dicta die, & 24. Maij eiusdem anni fuit dictum, Quod cum cessat usurpationis presumptio, & res non agitur cum ordinario vindicantem Ecclesiam in libertatem, non requiritur exactior probatio iuris patronatus, ex Concilio Tridentino. Quae alias, ex iuris dispositione requireretur, ut saepius fuit resolutum, &c. Sed

87 potius videtur dicendum quod cum non agitur contra Ordinarium, sed contra alium tertium prentendentem ius patronatus, vel inter plures presentatos longe minores vel probationes sufficiunt, quam si ageretur contra Ordinarium, ut ait Gonzalez, dicta glossa 18. n. 59. quod fuit resolutum in Pamphil. Beneficij de Ianzi, decimo Aprilis, & 20. Nou. millesimo quingentesimo nonagesimo quinto, coram D. Mantica, & alias saepius.

88 Vnde etiam ex enuntiatiis, & instrumentorum antiquorum, emanatis à diuersis personis, non suspectis, probabitur ius patronatus, Achilles decis. 7. & 8. de iure patron. Mascard. d. conclusione 959. num. 29. iuxta tradita infra, vltima parte capite secundo ex nu. 248. Fuit resolutum in vna Mediolanen. iuris patronatus, vigesimo primo Aprilis, 1589. coram Do. Comitulo, in qua dixerunt Domini. Ex enuntiatiis antiquorum instrumentorum emanatis à diuersis personis resultare probationem aequipollentem famae, ad Baldum & Castren. in l. cum aliquis C. de iure deliberan. & fuit tentum in hac causa, coram eodem. 29. Ianuarij prateriit. Vbi fuit resolutum, descendentiā antiquam probari per enuntiatiuam plurium instrumentorum diuersorum Notariorum, quia aequipollet famae, quae sufficit ad probationem huiusmodi descendenti. Putens decisione 518 l. 2. Famam autem publicam in antiquis legitime probare ius patronatus, per ea quae tradit Cassador. decis. secunda de probatio. Achil. quarta. de iure patron. Mohed. 352. Aymon. consil. 322. numero secundo Ferrerus consil. 293. quod Putens decis. 140. & 60. in fi. l. 1. declarat habere locum, quod cum fama concurrat possessio presentandi, nec obstat, quod in dictis instrumentis non enuntietur ius patronatus competere, ex fundatione, vel donatione ac proinde possit intelligi competerisse ex privilegio, vel prescriptione cuiusmodi patronatus sunt sublati per Concilium sess. 25. ca. 9. vers. reliqui, quia cum sumus extra casum praesumptae usurpationis, ex immemoriali probatur praesumptio, titulus fundationis, vel donationis, Felin. c. causam quae, num. 7. de praescript. Achil. dec. 4. de iure patron. & hanc probationem admittit Concilium d. c. 9. ibi, siue etiam ex multiplicatis praesentatio, per antiquissimum temporis cursum aliisue secundum iuris dispositionem.

89 Rota in Gerunden. Beneficij 20. Iun. 1597. coram Domino Orano, in qua Domini resolverunt

Beneficium ad indicandum lo. quia fuit infra legitimum tempus praesentatus, per praecentorem patronum, & de patronatu liquet, nedum ex enuntiatiis antiquis plurium instrumentorum, quibus enuntiat Beneficium esse de iure patronatus praecentoris, & fundatum fuisse à Raimundo praecentore, quae vim habent famae, & probant ius patronatus antiquum. Cassador. dec. 2. de probatio. cum aliis, verum etiam ex multiplicatis praesentatio. ab anno 1457. usque ad annum 1591. repetitis, & effectum sortitis; ex his n. praesumitur ius patronatus ex fundatione, & donatione fuisse quassum; Abb. c. quarelam, numero nono de electio. Decius consil. 126. numero tertio, quibus plurimum confert assertio Ordinarj, in visitatione facta, quod Beneficium est de iure patronatus, & consensus vim praesentationis habet, Crescen. decis. 2. de iure patron. nec aduersatur, quod medio tempore non exhibeantur praesentationes, quoniam probatis extremis, media praesumuntur, non docto de contrario statu Beneficij, Alciar. reg. 2. praesumpt. 22. num. 2. Rota etiam in vna Caurien. Beneficij 9. Decemb. 1598. coram Domini meo Corduba, in qua fuit resolutum, Quod ius patronatus bene probatur ex pluribus enuntiatiis antiquorum instrumentorum à centum annis & circa, in quibus enuntiat fundatio Beneficij, Aymon. consil. 332. Mohedan. decis. 10. & duodecimo de iure patron. licet non enuntietur reservatio iuris patronatus, capit. nobis de iure patr. maxime stante antiquissima possessione, & multiplicatis praesentationibus, effectum sortitis, &c. nec obstant Concil. sess. 25. c. 9. &c.

Et in vna Burgen. Capellae 11 Decemb. 1600. coram eod. D. meo Corduba fuit resolutum, Quod inscriptiones antiquae probant constructionem ad effectum iuris patronatus, concurrentibus aliis adminiculis gl. in capit. cum causam de probatio. Aymon. consil. 158. Decius 135. Cassador. decisione secunda de probatione. Et fuit late deductum in causa Hispanen. iuris patronatus 26. Martij 1590. coram D. Pampilio, & pro adminiculis sunt plures enuntiatiue antiquissimae, plusquam centum annorum, in quibus fundatio enuntiat, quae habent vim famae, & probant in antiquis. Nec obstat, quod dictae enuntiatiue haberent originem ab eisdem patronis, & personis suspectis, nam adhuc in antiquissimis probant fundationem, si sunt adminiculate, Achilles decisione septima de iure patron. Putens 149. libro tertio & fuit resolutum in Tudertina parochialis vigesimo primo Aprilis millesimo quingentesimo nonagesimo quinto, coram Domino Penna, & in Regien. Hospitalis 16. Maij millesimo quingentesimo octuagesimo, coram Cantuicio, nec refragatur, quod non probentur requisita Concilij, sessio vigesima quinta capite nono ad proband. ius patronatus, quia cessante timore usurpationis, de qua ibi, sufficit probare ius patron. iuxta dispositionem iuris communis, Menoch. consil. 241. lib. tertio numero septimo & fuit resolutum in causa Pampilonen. iuris patron. 16. Iun. 1586. coram D. Orano, & in Aquilana Capella 7. Maij 1590. coram Perusino, & alibi sepe, &c.

Et in proposito quando dicatur ius patro. t. antiquum, vide dicta infra d. vltima parte c. 2. ex nu. 262. iuxta quae dicendum est, respectu testium, requiri tempus 60. annorum, respectu vero instrumentorum, 100. & facit declaratio quaedam super d. c. 9. ibi, Quae hominum memoriam excedat. Requiritur ergo tempus immemorabile, quod si probandum est per testes, sufficere 60. annos, si per scripturas 100. Rota tenet. Flaminij Parisium de confid. quass. 28. n. 235.

Rr 4

Et sic est accipiendum, quod ait Marcus Anton. Genuen. d. c. 61. n. 2. & declaratio S. Congrega. Concilij, quæ sic ait. *Ius patronatus, ex sola presentationibus continuis, effectum sortitur, & memoriam hominum excedentibus probatur, licet in eis nulla sit facta mentio de fundatione aut donatione, quæ fere eisdem verbis ponitur infra numero 141. & per Gonzalez glossa 18. num. 46.*

Et conducunt ad prædicta decis. Rotæ in t. causa Comen. Capellæ corâ D. pennæ & in causa Romana vnionis, seu iuris patronatus, coram Dom. Orano quæ sic se habent.

*Comen. Capella 17. Iunij 1591. coram
D. Penna.*

Quia vacante ista Capella S. Martini plebis finis Comen. diocesis per obitum Ioannis Ant. Cassadori de 1587. ordinarius Comen. tanquam Beneficium libera collationis, illam contulit Septimio de Eucris, Domini vero de Cassadori, & de la Porta ciues Comen. tanquam patroni, ad illam præsentarunt Hieronymum Cassadorum, ideo acta huc in partibus, etiam lata sententia Canonicatoria iuris patronatus per Vicarium Papien. ad fauorem Hieronymi, & causa per appellationem introducta in Rota in hac positione, in qua vnum tantum pars informabat, dubitauit an constaret de iure patronatus præfate Capellæ, ad effectum ut si de illo constaret præfatio ordinarij nulla decerneretur? Quod dubium continet duas partes, vnâ expressam, an scilicet de existentia iuris patronatus, alterâ virtualiter de descendentiâ Hieronymi præsentati ab antiquis patronis familia de de Canizariis. Et quantum ad primam partem domini tenuerunt constare de iure patronatus, primo ex præsentationibus factis ab anno 1465 vsque ad vltimam vacationem de anno 1587. quæ omnes, vna post aliam, per spatium 120. annorum, etiam amplius effectum habuerunt, Abb. in cap. querelam numero 10. de elect. Zab. clem. 2. quæstio. quinta de iure patr. Decius consil. 126. numero tertio, Cassador. decis. septima. de iure patr. quod maxime procedere videbatur in istis priuatis personis, de quorum iure patro. agebatur, in quibus cessat presumptio usurpationis, de qua in Concilio Trident. sess. 25. c. 9. in his enim nihil est per Concilium innouatum sed remanet in dispositione iuris communis, ut sape Rota censuit. Effectus vero subsequens, ex eo satis probatur, quod per obitum vniui præsentati, alius præsentatus extiterit, Oldrad. consil. 229. numero secundo, Lamber. de iure patron. l. 2. p. 2. quæst. 10. ar. 7. quod seruat visitatus Rota istius, ut in vna Foroluuen. iuris patron. coram R. P. D. Blancheto de anno 1585. Ista vero continuatio præsentationum, satis dilucide deducitur in informatione facti, pro Hieron. nam vacante ista Capella de anno 1465. per obitum cuiusdam Ambrosij de Mazombus, Gabriel de Lauzariis, vna cum quibusdam alijs præsentauit quondam Stephanum de Vacanis, qui fuit tunc institutus per præpositum plebis finis, in cuius plebanatu exiit ista Capella, ad quam ex antiqua consuetudine institutio dicitur spectare, licet tunc ad cautelam, per vicarium Comen. ad eandem præsentationem, idem Stephanus confirmatus, & institutus extiterit, effectum istius præsentationis, euidenter probat possessio eius vigore subsequente, vsque ad annum 1515. quando vacante eadem Capella, per liberam resignationem eiusdem Sehephani de Vacanis, Catharina & Martha Sorores de Lauzariis, tanquam nepotes ex Christophoro

filio prædicti Gabrielis, eiusque vniuersales heredes præsentauerunt Ioannem de la Proba, eisdem præfatio plebis finis, cuius similiter effectuationem ostendit subsequente possessio, vsque ad annum 1531. de quo v. can. te Capella per obitum eiusdem Ioannis d. Marthæ, Thomas & Eugenia fratres, ut filij & heredes prædictæ Catharinæ, & Gasparis de la Porta eius mariti, præsentauerunt Donatum de la porta proprium fratrem, qui per eundem præpositum fuit similiter institutus, hoc autem Donato de an. 1541. in mamb. ordinarij libere prædictæ Capellam resignante, idem ordinarius de consensu Marthæ, & eiusdem Donati, ut filij, & heredis Catharinæ, illam contulit Ioann. Ant. Cassadori, qui pacifice illam possedit vsque ad obitum de anno 1587. consensum autem per patronos in prouisionibus Beneficij iuris patronatus, habere vniui præsentationis, & statim iuris patronatus continuare, exploratum est Abb. in cap. cum dilectus numero octauo de iure patronat. Lamber. de iure patronat. p. 1. l. 2. quæstio. 6. artic. 6. numero 22. Decius consil. 126. circa fin. quod sape in Rota decretum est, nouissime coram R. P. D. meo Pamphilio in illa Salmertana rectoria de præfatio. Nec obstat, institutiones vigore istarum præsentationum, factas fuisse à præfatio, qui de iure non habet potestatem instituendi, quia istæ antiquæ, & laudabili consuetudine per quam ad ipsum canonicam institutionem, & confirmatio istius Capellani pertinere dignoscitur, ut in pluribus instrumentis enuntiatur legitime potuit instituere, Lapis alleg. 78. numero 8. & sequens institutio inferioribus prælati ex principio consuetudine, vel dispositione testatoris competere possit, Barba. in cap. super eo de officio deleg. Lamber. de iure patron. p. 3. libro secundo quæst. prima art. 10. Secundo, pro iure patronatus sentiebant damni ex antiqua sententia lata de anno 1488. ad fauorem præfati Gabrielis de Lauzariis in quas contra alios, qui simul præsentauerunt, declaratus fuit vnicius patronus in solidum huius Capellæ, Mobedanus decisio. ducentesima vigesima septima, & quia est super iure patronatus, facit statum. lingenuum. ff. de statu hominum A hiles decisione vnica de statu Benef. & facit ius quo ad omnes, Puteus decisione nonagesima octaua numero vndecimo libro primo Crescentinus decisione duodecima de probatione in impressis, quam iustificat dicta testium tunc examinatum deponentium de auditu a maioribus & publica voce, & fama, præfatum Capellam fuisse fundatam, & dotatam per antecessores Gabrielis, quod sufficit An. de Butrio, Aret. Felin. & alij in capit. veniens de testibus Bartol. in l. admonendi numero 45. vbi Iaf. numero 242. ff. de iureiuran. concurrere præterea insignia istius familie de Lauzariis, insculpta in lapide marmoreo istius Capellæ, ut quidem testes deponunt ad tradita per Ripam in capite cum Ecclesia numero nonagesimo septimo de causa possessionis & alia adminicula, in facto considerata, ex quibus in controuersia conclusum fuit pro iure patron. quantum ad secundum dubium partem de descendentiâ Domini inclinabant in affirmatiuam, quod esset sufficienter probata.

In eadem t. coram eodem 29.

Maj 1592.

95

Quoniam vnica tantum parte informante 17. Iunij 1591. facta fuit decisio, ad fauorem Hier. Cassadori pro existentia iuris patronatus, ideo voluit Septimum audire super eisdem, tres potissimum difficultates excitantes

tabant pro parte Septimum. Prima, quod iura producta non essent in forma probanti. Secunda, quod non constaret de descendencia Hieronymi ab antiquis patronis. Tertia, quod existentia iuris patronatus non probaretur de duobus prioribus difficultatibus, domini particulariter videre voluerunt & quantum ad certum ex eisdem rationibus in predicta decisione consideratis, cum presupposito, quod iura essent in forma probanti, censuerunt sufficienter constare de iure patronatus, nec esse recedendum a resolutis, nec obstat quod aliqua ostenderentur presentationes factae, non coram ordinario, ut de iure fieri oportebat, sed coram presupposito fini, de cuius facultate ad instituendum vigore presentationum non constabat, quia respondebatur, hoc ius ex consuetudine posse pertinere ad inferiores collatores, Lapis allegatione septuagesima octava istam vero consuetudinem in casu proposito, satis videri probatam ex enuntiativa instrumenti antiqui de anno 1465. & aliis enuntiativis cum effectu subsecuta, Gabr. consilio 196. numero sexto & septimo libro secundo & ex Episcopi scientia, & patientia, cum non sit verisimile, ordinarios, qui propter visitationes quas praestitis a iure temporibus facere tenentur, praesumuntur habere notitiam qualitatibus Beneficiorum & Beneficiatorum suae Diocesis, & non dissimulatos fuisse institutiones a proposito finis factas, nisi ille legitimam instituendi facultatem habuissent, quod ordinarius quandoque etiam institueret & propterea non posse dici constare de consuetudine illius praepositi in instituendo: ex quo vario modo fuerit observatum, non praedicat iuris patronatus, cum inferior possit acquirere ius instituendi cumulative ad ordinarium Parisum post alios in capite auditis numero duodecimo de praescriptione, Felinus in capite pastoralis numer. secundo de officio ordinario. minus putabant obflare quod opponeretur de defectu mandati illius vicarii. Qui instituit loco praepositi, nam cum illa institutio suum fuerit effectum sortita, & versemur etiam in extrajudicialibus, spatio tanti temporis mandatum affuisse praesumitur, Cassadorus decisione tertia, numero secundo de procurator. postremo omnes difficultates superare videbatur, effectu institucionum, & observantia subsecuta, qua actum dubiorum est certum, & fidelis interpretes, Cranera consil. 101. n. 3. & consil. 201. numer. 11. Silvan. consil. 63. numero decimo octavo & 65. numero decimo septimo & Socinus consil. 145. n. 2. l. 1.

96

Romana & unionis seu iuris patronatus 6. Non em. 1598.

Fuit resolutum, constare de iure patron. ex presentationibus, quae ad eius acquisitionem sufficiunt c. quærelam ubi Abh. n. 9. de elect. ca. cum Ecclesia Sutrina, ubi gl. verb. trium de causa poss. & ibi Ripa n. 91. hic autem plures deductae fuerunt continuatae. Quarum effectuatio vis a est perspicua, cum appareat unam factam fuisse successum, post aliam, Odra. consil. 219. nu. 2. & 3. Verall. decil. 329. p. 3. licet enim inter eas numerentur collationes Papae, nihilominus suffragantur. cum vel contineant enuntiationem, quod sunt iuris patronatus, cum eius derogatione propter quas status eorum non immutatur, Achil. decil. 3. de iure patron. vel his accedat patroni consensus, qui effectum presentationis operatur, Crescen. decil. 2. eodem tit. Gabr. consil. 185. nu. 22. l. 2. Non obstat, quod pro parte Caesaris pretenditur, non esse aliquas in forma probanti, nam respondetur, quod

fuerunt sumptae ab ipso notario, qui fuit de originali rogatus, & ideo plene probant las. in l. admonendi. num. 155. vers. intellige tamen de iure iuran. comprobant etiam ius patronatus, insignia familiae extensa in Ecclesia, Bald. consil. 310. l. 5. Decius consil. 155. num. 2. Ripa in d. c. cum Ecclesia num. 97. Ferretus consil. 293. l. 2. Aym. de antiquitate l. p. vers. 8. num. 12. Lamber. de iure patron. l. p. l. 2. art. 9. q. 10. item & sententia super patronatu qua ius constituitur, ut lata super statu Beneficij, Verale. decil. 33. p. 2. Castren. consil. 240. l. 1. item arotationes titularis sine ordinarij, cui multum solet deferri, ut visitatorum, qui in admittendis presentationibus solent se exhibere difficiles, Rota decil. 11. de iure patr. in nouis, Put. decil. 172. l. 1. & fuit resolutum coram Bubalo in qua Aretina Beneficij vigesimo octavo. Februarij 1583. & in aliis saepe.

Ex quibus apparet falsum, & quod ait Zerola d. 97. verb. ius patronatus. §. 3. nempe in priuatis personis sufficere probare ius patronatus ex vnico actu, ut quia semel quis praesentauit, & secuta est institutio & ille institutus vixisset spatio 40. annorum, quia profecto, hic haberet requisita Concilij, nempe cursum temporis, praesentationes & institutiones, ex c. consultationibus de iure patron. &c. Sed loquitur sine fundamento, ex d. consultationibus, non agit de probatione iuris patro. ut patet, & circa hoc notab. viden. sunt dicenda notab. seq.

Quarto notandum est, & quod quando agitur de familia potenti, in qua ius patronatus praesumitur ex usurpatione Hier. Gabr. consil. 192. l. 2. debet probari secundum formam Concil. d. c. 9. vers. in his vero personis, ut fuit resolutum in causa Reatina patronatus 10. Octob. 1572. coram D. Robusterio quae habetur parte prima diuersorum decisionum 409. & in Sabinen. Beneficiorum decimo quinto Decembris 1581. coram sanctissimo Clemente VIII. quae habetur 2. parte diuersorum decisionum 199. & in d. Triden. iuris patronatus 331. ead. part. & fuit etiam resolutum in causa Albanen. Prioratus. 26. Nouembris 1588. coram D. Orano, & in Sabinen. praetensi iuris patronatus Beneficij S. Petri Craistorani. 26. Octo. 1594. coram D. Lita. & tradunt Anastasius Germonius de sacrorum immunit. libro tertio capite duodecimo n. vigesimo sexto Valascus d. consil. 163. parte secunda & Lechus capite 12. de Beneficio & pensione n. 51. & Menochius d. praesumptione 90. libro tertio, ubi a n. 15. ait id non habere locum, quando cum iis adest persona, in qua cessat usurpationis suspitio, &c. & Gonçal. gl. 18. a n. 63.

Et d. decisio Albanen. Prioratus sic se habet. Sanctissimus Dominus noster mandauit proponi dubium tenoris infra scripti, An ex deductis a partibus iuxta Decretum S. Concilij Tridentini constet Prioratum S. Pauli Albanen. esse de iure patronatus laicorum. Domini tum ex his, quae in praerita resolutione praesentis causae reseruat fuerant tum ex nouiter pro parte illustrissimi & Reuerendissimi D. Cardinalis Gesualdi deductis, resolverunt non constare de iure patronatus, iuxta formam decreti Sancti Concilij Tridentini capite 9. sessione vigesima quinta, quia d. decretum requirit, quod titulus iuris patronatus sit ex fundatione, vel dotatione, quodque prebetur authentico documento, vel aliis modis ibi expressis, licet autem hic constet de fundatione, & dotatione Prioratus, de quo agitur, ex authentico documento videlicet ex Bulla Honory IV. confirmationis d. fundationis, & dotationis, ac instrumento dotationis, in d. Bulla inserto, & regulariter & ex eo solo, quod quis fundat & dicit aliqua Ecclesia acquirat ius

99

patronatus, & inde titulus probetur tamen secus est in Ecclesia regulari, prout est prioratus de quo agitur, quia ultra dotatorem, & constructionem, requiritur expressa concessio, & privilegium Apostolicum in limine foundationis capite novis. Scilicet, ubi glossa, & ibi Hostien. collatione secunda Anchar. numero decimo sexto, & Abb. numero nono de iure patron. Anchar. in capite sacrosancta de electione numero tertio, Lamber. de iure patronat. l. 2. p. 1. quest. quinta principali artic. primo, Pui. decisione 266. l. 2. & ratio est, nam cum prior eligi debeat per monachos, non convenit quod in electione huiusmodi, laicus una cum monachis interveniat. ut. cap. Sacrosancto capite Messana, de electione, cum itaque in dicta Bulla Honorij, & instrumento dotationis, nulla fiat mentio reservationis iuris patronatus, non solum ex d. foundatione, & dotatione, non oritur titulus iuris patronatus in limine foundationis, sed potius de initio libertatis d. prioratus, & sic de initio contrario constare videtur, Anchara. consil. 123. à numero 2. quod equidem iuri communi est conforme, quo in dubio beneficia presumuntur libera Archid. in cap. nullus, 16. questio. sexta in cap. cum venerabilis in fin. de except. Abb. consil. 54. collat. 2. p. 1. consil. 76. in princ. & 106. l. 2. & ius patronatus in tantum odiosum est, ut illius non cadat presumptio, nisi in quantum expressum reperitur, Archidiacon. in cap. decernimus 16. q. 7. Decius consil. 17. in princ. Nec praesumptio refragatur resolutio in hac causa ult. loco facta, quia illa fuit cum praesupposito, quod non versaremur in casu Concilij respectu praesumptionis, usurpationis, quod quidem praesuppositum fuit, tunc discussum non firmatum, ex quo spectabat ut ad Congreg. Concilij. Sed cum ex dubio, per sanctissimum transmissio facultas discutiendi de veritate praesupposita data sit. Domini dixerunt, quod dict. praesuppositum non subsistat, sed quod versetur in casu Concilij loquentis de praesumptione usurpationis. Etenim cum agatur de praetento iure patronatus dominorum de Sabellis, qui fuerunt & sunt potentes, prout notissimum est, & iurisdictionem perpetuam habent in civitate Albanen. & eius territorio, in quo situs est prioratus, necessum est dicimus, illos comprehendere dict. decreto Concilij, prout etiam censuit Congreg. Concilij, barones, & alios iurisdictionem perpetuam habentes, comprehendere, ut ex fide per illustrissim. & Reverendissim. Dom. Cardinalem Carrasem subscripta apparet, & alias Rotae coram illustrissimo Cardin. Aldobrand. in una Sabinen. Beneficiorum idem de familia dominorum Vrsinis conclusit, quo fit, ut probatio tituli iuris patronatus, debeat esse talis, qualem requirit dict. decretum Concilij, ut scilicet ultra probationem numerals presentationes continuata non minori spatio 50. annorum quae omnes sortita sine effectum ex authenticis scripturis probentur, quae quidem species probationis est data pro forma, ut ostendunt illa verba decreti, nec aliter, de quorum natura est formam inducere. Ut post Bartol. & alios Decius consil. 528. numero undecimo, Ruin. consilio 92. libro 3. Socinus tumor consil. 46. numero 27. libro quarto, ita quod adimpleri non potest per aequipollens, & quatenus posset, satis est quod probatio fama facta per testes dominorum de Sabellis, non aequipolleat probationi requisita à dict. decreto, quod noluit presentationes per testes, sed per scripturas authenticas comprobari. Nec placuit dominis quod dicebatur, decretum praesumptionis usurpationis cessare, ex quo habemus certam probationem foundationis, & dotationis. Quia respondebant, id procedere in beneficio seculari, in quo ex sola foundatione & dotatione ius patronatus acquiritur, secus vero in regulari, in quo ut dictum est, ex sola foundatione, & do-

tatione, tale ius non potest acquiri, sed requiritur expressa, & specialis concessio Apostolica, in limine foundationis & dotationis. Praeterea animadvertendum est, in illa resolutione ultima circumscriptas fuisse exceptiones oppositas contra dictos testes dominorum de Sabellis, ac etiam iura illustrissim. & Reverendissim. D. Cardinalis Gesualdi, & Bullam Honorij IV. quae tunc temporis non fuerat in actis producta, quae omnia in praesenti dispositione praesupponuntur, ex quibus adducta pro dominis de Sabellis videntur sublata, nam cum hodie habeamus instrumentum dotationis, & Bullam confirmationis, dictae Honorij foundationis, in qua nulla adest reservatio iuris patronatus, prioratus remansit liber, ita quod etiam si admittamus privilegium post dotacionem, & fundacionem fuisse dominis de Sabellis concessum, illud dicendum sit mere gratiosum. Putemus decil. 379. libro secundo, quod non secus est per decretum Concilij renovatum, atque illud quod absque foundatione, & dotacione, potuit per Papam laico concedi, iuxta tradita per Lambert. libro secundo parte 1. questione 5. art. 1. numero duodecimo, & hoc tanto magis, ex quo apparet Honorij fundator em nunquam habuisse intentionem reservandi dict. ius patronatus, nam in proemio d. instrumenti narrando causas, ob quas motus fuit ad fundand. & dotand. prioratum, dixit id facere pro elemosyna intuitu retributionis aeternae, & pro redemptione peccatorum suorum parentum, & consanguineorum, quod etiam ad pontificatum postea assumptus in Bulla confirmationis, dict. foundationis, & dotationis repetit, ex quo colligitur, quod Honorius non habuit animum nec intentionem acquirendi ius patronatus, ut per Crescen. deci. 13. in fin. aut saltem in verisimili sit quod si d. ius patronatus sibi reservasset, de eo mentionem non fecisset, quod autem longe est à verisimili, imaginem falsitatis habet. Bald. in l. 1. numer. 16. C. de feris fugit. quinimo, cum in Bulla confirmationis idem Honorius narrasset quasdam speciales ordinationes in foundatione, & dotacione factas, subiiecit se alia salubria, & honesta adiecit, prout in instrumento desuper confecto continetur, unde cum idem Honorius, de omnibus ordinatis se referat ad instrumentum debemus stare instrumento relato, Castren. consilio 81. columna tercera, versiculo & si dicatur libro secundo, Afflic. decisione 107. nu. quinto, Decius consil. 6. numero 6. in quo, nulla iuris patronatus facta fuit mentio, nec dicatur quod dict. instrumentum non continet fundacionem, sed solam dotacionem, & quod propterea potuit fieri, quod in alio instrumento continente fundacionem tale ius patronatus reservatum fuerit, qui cum fundatio tempore Martini successerit, & in registris Martini de huiusmodi instrumento nihil appareat, nisi doceatur, alios libros Martini praeter deprehensos in Bibliotheca Vaticana extitisse, in quibus hoc privilegium potuerit describi, per diligentias in praedictis registris Bibliotheca Vaticana factas, remouetur praesumptio existentiae talis instrumenti, iuxta tradita per Cassad. post alios decil. 5. & 8. super regulis, non secus ac dici solet, quod per inspectionem actorum, id omne quod in actis scriptum non reperitur, praesumitur non actum Bald. in l. fin. contra numero tertio. C. de appellation. & consil. 123. numero septimo libro primo, quod coadiuvatur ex eo, quod à tempore fundacionis dicti prioratus, quod fuit de anno 1482. usque ad annum 1493. quo idem prioratus pervenit ad manus Ioannis Baptistae Cardinalis de Sabellis, nunquam extitisse ostenditur aliquam presentationem assertorum patronorum, quin potius clarum est, Alexandrum Papam VI. in quadam Bulla sub dat. 1492. afferre, prioratum huiusmodi de retro actis temporibus fere sem-

semper commendatum fuisse, prout ipsi consunt, qui dum in minoribus esset, ille per longa tempora, in commendam obtinuerat, & tandem ad Apostolatus apicem assumptus prioratu dicti Cardinalis Iohanni Baptista de Sabellis in commendam dederat, prout tunc obtinebat, ex quibus facile tollitur quod debeatur, dicti Cardinalis de Sabellis de anno 1493. prioratum resignasse in favorem Antimi de Sabellis, & successore Antimii eundem prioratum de anno 1499. renuntiasse ad commodum Francisci de Sabellis, enuntiando in viraque gratia prioratum esse iuris patronatus domini de Sabellis, cum clausula dummodo dictorum patronorum expressus accederet assensus, nam praterquam quod enuntiationes proveniant ab ipsismet domini de Sabellis, qui ius patronatus pretendebant, & sic a personis suspectis Achilli, decis. 6. ad ff. de iure patron. Putens 149. numero 2. lib. 3. non constat de consensu preiusto in dictis resignationibus, neque de illarum effectu, neque quod magis est, de collatione, cum dicta licet renuntiationum, sint mandata de providendo & non proposita, & ideo dicta enuntiationes non probant. Peregrinus decisio 167. in vna Bononien. libro 3. Putens decisio 136. libro 3. Quamvis autem effectum prouti solet propter suam provisionem per obitum in causa consilium Oldrad. 229. & alios allegatos, nihilominus contrarium procedit in provisione resignationis, prout fuit dictum in vna Tarvisina plebis de Medulo coram Bononiensi Episcopo Lauretano 26. Februa. 1586. ultra quod mandata de providendo, loquuntur de consensu expresso, & non presunto. Et supposito quod dicti resignationes suum effectum fuissent effectum, tamen non concluditur necessario, ius patronatus huiusmodi competisse ex privilegio in limine foundationis concessio, quoniam posset intelligi, de privilegio iuris patronatus, ex privilegio post foundationem & dotacionem obtento, quod ut antea ostensum est, decreto concilii fuit abrogatum, & nihilominus huiusmodi presentationes continent in eodem modo tempus decem annorum, per quod decreto concilii non est satisfactum, praesertim cum paulo post, de anno 1503. Alexandr. 6. dicti prioratum nulla facta nent, ius patronatus, tanquam liberum Cardinali Sanctae Ceciliae consulere, & postea Iulius 2. vii liberum Capella Italiae in Basilica Sancti Petri existentis vniuit, ac sic sine Leo 10. de anno 1518. dissoluta huiusmodi unione eundem prioratum, etiam vii liberum mense Episcopali Albanen. de nouo vniuit, nam ex his probatur status libertatis. Putens decis. 279. lib. 2. neque curandum est, quod gratia perinde valere, obrita a Cardinali Sancti Ceciliae super dicti prioratu habeat clausulam derogatoriam iuris patronatus, pro earum tantum, quia cum derogatio iuris patronatus conditionaliter sit positus, quatenus de illo existat, nihil ponit in esse, vulg. l. si quis sub conditio. dandorum decem ff. de conditionibus institutionum. minus repugnat fundamentum factum in Bulla Leonis X. quia ut considerabant domini, illa non continet declarationem iuris antiqui, sed est concessio iuris patronatus de dono, ex privilegio, ut denotat verba Bullae, referuamus & concedimus, alioquin enim dixisset, referuamus & confirmamus, non obstant presentationes factae post privilegium Leonis X. quia manifeste patet factas fuisse in vim dicti privilegii, tum quia in nonnullis earum id exprimitur, tam etiam quia factae leguntur coram Archipresbytero Albanen. & per eundem iuxta dicti Bullae formam institutiones secuta, atque ideo ideo verum illi ascribenda, l. secunda. Cod. de acquirend. possell. l. cum quaedam mulier. de rei vendicatione. Aymon consilio octuagesimo tertio, numero tertio, praesertim cum talis forma non correspondeat

fundationi, in qua interuenit consensus Episcopi, & ad quem propterea institutio pertinuerat. Quare cum dicti privilegium Leonis, fuerit per Concilium sublatum, una cum possessione subsecuta, non possunt domini de Sabellis dictis presentationibus iuari, illis autem deficientibus, sumus in claris, quod concilii decreto non est satisfactum, ex quo testes de fama privilegii deponentes, non sufficiunt. Praterquam enim quod probatio fama praesumptiva est, Cassad. decisio secunda de probatione. & cedit fortiori probationi. Putens decisio 436. libro secundo, testes multas exceptiones patiuntur, de quibus per informantes pro Illustrissimo & Reuerendissimo Domino Cardinali Gesualdo vnde conclusum fuit, non constare de iure patro. domini de Sabellis.

Et ad decis. Sabinen. iuris patronat. 26. f. Octobris 1594. sic se habet. Fuit resolutum, non constare de iure patronatus ad effectum, de quo agitur, nam cum agatur de iure patronatus familiae potentis, & illustrissimorum domini de Sabellis, ideo propter timorem usurpationis probari debet titulus vel memorialis, simul cum presentationibus continuatis spatio 50. annorum quae sortita sint effectum, & de eis consuet per scripturas authenticas, iuxta formam praescriptam a Concilio Tridentino, sessio vigesima quinta cap. nono, ut alias fuit resolutum in causa Sabinen. iuris patronatus coram Sanctissimo D. nostro, & in illa Tridentin. iuris patronatus 13. Iuni 1572. coram Illustrissimo Cardinali Lanceloto, & in illa Albanen. Prioratus. 25. Nouembris 1589. coram Reuerendissimo Patre Domino Orano, verum de titulo hic non constat, immemorialis autem ipsa non probatur, nam primi testes in sum. numero 10. & sequenti, usque ad numerum decimum quintum, non deponunt de auditu a maioribus, & senioribus, illos specificando, nec dicunt, quod idem illi audierint a suis maioribus, minus dicunt, quod non exeat memoria in contrarium, prout testes deponere deberent ad effectum probandi immemorialem, glossa in capit. 1. de praescript. in 6. & de communis. Conarruuias in cap. possessor. part. 2. §. 3. numero septimo de regul. iuris lib. 6. quam opinionem Rota indistincte observare consuevit, ut habetur in decisione diuersorum 28. num. 5. libro 1. nec super reliquis testibus in hoc iudicio examinatis, de quibus in sum. num. 17. & seq. potest fieri aliquod fundamentum, licet deponant de auditu, & publica voce & fama, & ratione, quia non concludunt de visu 40. annor. ut requiritur in probatione immemorialis, & licet secundo testis iuxta 22. dicat cognouisse Andream de Galese, & postea Iulium de Tarano a quadraginta annis citra, tamen non concludit tempore continuo quadraginta sex annorum, cum non dicat & citra, ut saepe resolutum fuit in Rota per doctrinam Bartol. in l. Celsus numero vigesimotertio ff. de usufructu. nec ex eo quod sextus testis iuxta 18. dicat se vidisse tres Rectores, quorum primus vocabatur Andreas de Galese subdens, il quale hebbe deo beneficio da quadraginta anni fa in circa, potest dici quod probet, ex quo non deponit de visu per quadraginta annos, ut requiritur, ultra quod dictio illa, in circa, potest importare minus tempus, & in omnem euentum ipsam depositionem reddit dubiam, & incertam, Butrium in capitulo ultimo de desponsatione impub. cum aliis, per Celsum Hugo. consilio sexagesimo quinto, numero nono, & tollitur omnis difficultas, ex quo testes deponunt, quod primus, quem viderunt, fuit Andreas de Galese, & tamen constat, quod iste Andreas fuit dumtaxat praesentatus ad beneficium, de quo agitur de anno millesimo quingentesimo quinquagesimo octavo, quo fit, ut impossibile sit depositionem dictorum testium

de visu posse verificari per tempus continuum quadraginta annorum, prout requiritur, præterea presentationes continuatae per spatium quinquaginta annorum, ut requiritur Concilium non adsumt, minus probatur effectuatione earum per scripturas authenticas, ut ex eodem Concilio requiritur & pro forma, ut alias dictum fuit in dict. causis Sabinen. Triden. & Albanen. prioratus, quæ bene applicantur casui isto.

In eadem causa sexto Martij millesimo quingentesimo nonagesimo quinto, coram t. Domino Penna domini resolverunt, non esse recedendum à resolutis, non obstantibus duobus mandatis de providendo de an. 1505 in quibus impetrantes narrabant ius patronatus, &c. & aliis actis productis.

Et similiter in vniuersitatibus, etiam t. paruis, plenior & exactior probatio iuris patronatus requiritur, iuxta decretum Concilij dict. *versum his vero*, quia illa dictio, *plerumque*, non stat restrictiue; ita fuit resolutum in causa foro Sempronien. parochialis. 4. Februar. 1594. coram Domino Mantica, in qua fuit dictum, S. Congregationem Concilij resoluisse, illud habere locum in vniuersitate parochianorum, & in vna Illerden. Beneficij coram Domino Penna 11. Martij 1596. fuit resolutum, Concilium Tridentan. probando iure patronatus habere locum in quacunque vniuersitate, quantumvis minima, quia esse in ea usurpatio presumitur, &c. Mart. Anton. Genuen. dict. cap. decimosexto, numero sexto, & posthæc González dict. gloss. 18. qui numero 69. ait secus esse si non tota vniuersitas, sed certa pars illius prætenderet ius patronatus, ut S. Congregatio nouissime declarauit, & à numero 70. ait, quod non erunt legitimi testes personæ vniuersitatis, nec subditi dominorum ad probandum ius patronatus ipsius vniuersitatis, vel domini. Flam. Paris. *questio. 28. de confiden.* numero 252. & quod fuit resolutum in foro Sempronien. parochialis decimoquinto Decembr. 1593. coram Domino Pamphilio, & videtur esse de mente Concilij, quicquid dicat author praxis Archiepiscopalis Neapolitanæ. r. 63.

Sed offert se hic difficultas, t. An in personis potentibus, vel vniuersitatibus, in quibus ut immemorialis suffragetur ultra illam, quæ ante sufficiebat, ut per Puteum *dec. 205. lib. 1. & Achill. 4. de iure patron.* seu 317. presentationes etiam continuatae, non minori saltem, quam quinquaginta annorum spatio, quæ omnes effectum sortitæ sint, authenticis scripturis probari debent ex d. decreto, effectuatione illarum probari etiam debeat per authenticas scripturas, an vero possit etiam aliter probari. Et quidem in d. *dec. t. Sabinen.* supra adducta *nu. 100. in fi.* dicitur, effectuationem earum, per scripturas authenticas probari debere, ut ex eodem Concilio requiritur & pro forma, & videtur tenere Zerola d. 5. 3. & clare González *sup. n. 84.*

Sed reuera ex d. decreto Concilij in illis verbis, t. *presentationes, &c. quæ omnes effectum sortitæ sint, authenticis scripturis probentur.* Non colligitur necessario effectuationem presentationum per authenticas scripturas probandam, sed solum ipsas presentationes, quod est nimis difficile; cum effectuatione non solum consistat in institutione, sed etiam in acquisitione possessionis ut supra dictum est, *cap. 5. numer. 7.*

Vnde hæc pars videtur t. probabilior maxime quoad possessionem, quam videtur 1. *par. diuersor. dec. 545.* quæ loquitur in personis, in quibus cadit præ-

sumptio usurpationis, & *num. 2.* dicit, effectuationem presentationum, satis constare, ex quo per obitum presentatorum & institutorum, factæ fuerant alia successiue presentationes iuxta *conf. Oldradi 226.* sequitur González *supra num. 87.* de quo d. c. 5. a. n. 105.

Et hanc decisionem refert Flam. Paris. t. *de confid.* 107. q. 28. *numer. 260.* vbi docet, quod ad probandum ius patronatus, etiam in persona, in qua cadit præsumptio usurpationis, sufficiunt presentationes 150. annorum, continuatae, & sortitæ effectum, ac probatæ authenticis scripturis, quia ex scripturis huiusmodi satis censetur probata immemorialis requisiti à Concilio, ut fuit resolutum in d. Casaraugustana ca. de anno 1573. vbi in qua cadit præsumptio usurpationis, fuit pronuntiatum constare de immemoriali ex presentationibus 150. annorum, facit *dec. 4.* Achilles *de iure patron.* Puteus 205. *lib. 1.* Nam consuetudo immemorialis probatur etiam per scripturas, Angel. per illum text. in l. *vetustissimi. ac. c. de iudic.* Imola, *consilio 94. num. 7.* Oldrad. *conf. 244.* Ayn. *de antiquit. 4. part. vers. materia. num. 41.* Bald. l. 1. c. ad Trebell. *num. 5.* Decius *conf. 11. nu. 9.* Curtius *lun. consilio 106. num. 5. in fin.* Crauetta *conf. 139. num. 9.* ita Flam. ibi.

Et quod in proposito iuris patronatus t. immemorialis probetur ex scripturis, apparet etiam ex d. *dec. Comen. & Romana.* supra adductis *num. 94. & 96.* & ex declaratione adducta *numero 92.* & ex *decis. Rotæ 717. lib. 3. part. 3. diuersorum.* Et dato huiusmodi memoriali, t. Illustrissimi & Reuerendissimi domini dubitatur, an ius patronatus competens alicui baroni, qui de presenti reperitur in quasi possessione presentandis, sufficienter probetur ex pluribus presentationibus continuatis ab an. 1476. quæ fuerunt sortitæ effectum, ita ut presentatus, & presentati debeant institui, etiam quod immemorialis alias quam per scripturas non probaretur, die 28 Martij 1593. Illustrissimus Cardinal. Martheus, præfectus S. Congregationis Concilij, censuit in hæc verba, *arbitror ex pluribus presentationibus continuatis, excedentibus memoriam hominum, quæ omnes sortitæ fuerunt effectum, probari immemorialem.*

Quæ sententia in proposito videtur t. vera, & admittenda, ex natura rei, & subiecta materia iuris patronatus, in quo cum per presentationes successiue exerceatur, immemorialis recte probatur per presentationes effectuatæ, authenticis scripturis probatas, per spatium 100 annorum, sicut etiam probaretur per presentationes effectuatæ, testibus probatas, per spatium 60. annorum, iuxta dict. declarationem adductam *d. num. 92.* & Flam. ibi citatum. Et id videntur velle illa verba Concilij d. c. 9. *sine etiam ex multiplicatis presentationibus, per antiquissimum temporis spatium, qui hominum memoriam excedat.* Quæ verba censuit Congregatio, die quarto Febr. 1581. intelligenda esse, prout de iure, quamvis alias verius sit, immemorialem non probare per instrumenta. Ioann. Andr. in *cap. 1. t. de prescript. in 6. & ibi* Domin. *num. 10.* & Francus 15. Alexand. *conf. 16. num. 17. lib. 2.* Balb. *de prescript. 2. part. 3. partis questio. 6.* numero 25 Rota in Burgen. decimarum de Escalan. te 5. Iunij 1591. coram Domino Orano supra relata 1. *part. cap. 2. numero 44.* & in Veronen. iurisdictionis 18. Martij 1596. coram Domino Pamphilio. de qua *sup. 3. part. capit. 2. numero 195.* vbi dicitur, quod quatenus pars nititur priuilegiis, & scripturis, notissimum est, per eas non probari immemorialem, &c. & in Tullen. iurisdictionis 22. Martij 1596. coram eodem.

eadē D. Pamphilio, vbi fuit resolutum, immemorialem non probari per scripturas, cum sit negativa absolutā super qua instrumentum nec confici, nec rogari potest, & c. Rotam non seruare eam opinionem, quod centenaria dicatur immemorialis, quā non pendet à tempore, sed ab eo quod memoria in contrarium non existat, vt alias dictum fuit in Salamantina iurisdictionis 22. Aprilis 1580. coram D. Seraphino, & tradit Cardin. in c. si diligenti, circa fin. vbi Felin. in fi. verbis de præscript. Conarr. in reg. possessor. 2. part. §. 3. num. 6. late Molina de primog. lib. 2. cap. 6. numero qua dragesimoquinto & c.

Quod etiam fuit dictum in causâ Burgen. quinquenniorum 8. Martij 1599. coram D. Lita & 15. Maij 1600. coram Domino meo Corduba, vbi fuit declaratum, id procedere, cum scriptura & instrumenta confecta super ipsis actibus possessoris adducuntur ad probandam ipsam immemoriam, quod tunc eam non probant, secus vero cum pro probatione illius adducuntur scripturae, & instrumenta, quibus enuntiatur immemorialis seu quæ eam canonizant approbat, & de ea attestantur, quia tunc eam probant. Tum quia scripturae, & instrumenta, probant quod cantant, tum quia per enuntiativas antiquas probatur ipsa immemorialis, Putius decif. 209. libro 2. Verallus decisione 203. parte 3. numero secundo vt fuit etiam resolutum in vna Burgen. iurisdictionis Sancti Ioannis vigesimo Decemb. 1596.

Rurſus offert ſe difficultas, ꝑ an requiratur pro forma, quod in perſonis ſeu communitatibus, in quibus vſurpatio præſumitur, præſentationes continuatæ non minori quam 50. annorum ſpatio probentur per ſcripturas authenticas, ita quod adimpleri non poſſit per æquipollens, nec vſlo caſu probari poſſint per teſtes. Et quidem certum eſt, d. probationem per ſcripturas requiri pro forma, vt oſtendant illa verba Concilij nec aliter, quæ inducunt formam, vt ex alijs tenet in terminis Rota decifione 199. num. 3. & 4. part. 21. diuerſorum, & in illa Albanen. prioratus ſupra adducta num. 99. & cenſuit S. Congregatio Concilij in declaratione 6. & 7. infra adductis ſub numero 141. & ſic non poteſt adimpleri per æquipollens. Felin. in cap. cum dilectis, de reſcript. numero 10. & 11. ampliatione 11. Decius conſilio 112. numero 3. Boerius decif. 1. num. 44. Segura in l. vnum ex familia, §. ſed ſi fundum, ff. de legat. 2. numer. 14. & ibi add. Did. Perez, Tellus Fernandez in l. 17. Tauri numero 68. & in l. 22. numero 6. Molina de Hiſpanorū primogen. libro 2. c. 8. num. 13. & Acebedo in l. 6. titu. 6. libro 5. recopilations num. 11. cum alijs, & in terminis Rota in d. Albanen. prioratus, & nouiſſime tradit Gonçalez diſſ. gloſſa 18. a numero 75. qui num. 79. adducit dictam ſextam declarationem S. Congregationis, & ſubdit nullatenus ſufficere, ſi per teſtes probantur d. præſentationes deficientibus ſcripturis, vt fuit in terminis reſolutum in Rota in vna nullius Archiepſbyteratus 2. Maij 1588. coram illuſtiſſimo Pamphilio, & in alio foro Sempronien. ſeu nullius 15. Decemb. 1593. & d. decif. 199. numero quarto vbi rationē assignat, quia Concilium de teſtibus omnino nō conſiſt quando agitur de iure patronatus harum perſonarum, & vniuerſitatum, & propterea non ſibi ſatis fieret, ſi iſtæ præſentationes probarentur per teſtes, ſeu æquipollens, & non per ſcripturas, ſed voluit vtramque probationem teſtium & ſcripturarum, quod fuit etiam inquit nouiſſime decifum in vna Sorana Beneficij, vigefimo octauo Apr. 1603. corā Illuſtriſſ. Pamphilio, ex quib.

dubitat ipſe Gonçalez. de veritate opinionis moderni authoris praxis Archiepiſcopalis, c. 63. num. 12. dum tenet, quod ſi per teſtes probaretur eſſe deperditas ſcripturas, & deponerent de tenore illarum, in quibus continebantur continuatæ præſentationes, tunc ſatisficeret menti Concilij per text. in cap. cum olim eſſemus, de priuileg. quoniam eo ipſo inquit Gonçalez, quod Concilium non conſiſt de teſtibus, conſequenter etiam remanet excluſa iſta probatio. Nam aliter de facili eluderetur diſpoſitio d. Concilij, quod etiam inquit, ſenſit Rota in Sabinen. iuris patronatus 15. Nouemb. 1582. coram ſanctiſſimo Clemente VIII. & in dicta cauſa foro Sempronien. ſeu nullius. Sed quicquid Gonçalez dicat, vera mihi videtur opinio d. authoris. Nam etiam in actu exigente ſcripturam pro forma, & ad eius probationem, & vbi ſcriptura eſt de ſubſtantia probationis, admittitur probatio per teſtes deponentes de tenore, & amiſſione ſcripturæ, vt in d. cap. cum olim, & in cap. ſicut de re iudic. & in l. teſtium. C. de teſtib. vbi Bald. & Salic. l. emancipatione. vbi Pau. Cod. de ſide inſtrum. laſ. num. 12. poſt Alex. in l. 2. C. de bonorum poſſeſſ. Felin. in dict. cap. ſicut a num. 2. Ripa in l. 1. ſi certum petatur a num. 81. Maſcard. de probatio. conſ. 416. num. 11. & conſul. 809. a num. 3. & 845. a numero 24. Alu. Valaſc. de iure emphyt. §. 7. numero trigefimo octauo. Palac. Rub. id dict. l. vigefima ſecunda Tauri n. 7. & 9. & ibi Caſtill. num. 24. Ant. Gom. num. 28. & in l. 41. n. 2. Matienço in d. l. 6. n. 6. lib. 5. gloſſ. 2. n. vlt. & ibi Angelo. gloſſ. 3. num. 5. & Burgos de Paz Iunior. §. 4. a num. 26. qui de requiſitis ad iſtam probationem videndi ſunt. Et facit d. declaratio 7. S. Congregatio. quæ ait, quod probatio per teſtes regulariter excluſa, innuēs in aliquo ſpeciali caſu poſſe admitti.

Et ius patronatus quomodo probetur vide per Maſcard. d. conſul. 659. & late Flam. Pariſ. d. g. 28. de de conſid. ex num. 105. & Mar. Ant. Genueſ. d. c. 16. & an probetur confeſſione, vide infra vlt. part. cap. 2. a n. 275.

Quinto, notandum eſt ius patronatus ꝑ ex priuilegio, reuocatum eſſe per Concilium d. c. 9. verſ. reliquis, ſuper quo declaratio S. Congregationis, quæ ſic ait, ex hoc verſiculo dubitatum fuit, an patronatus ex priuilegio, cenſeri debeant ſublari. Et Congregatio die 14. Decemb. 1581. & 1586. cenſuit eſſe ablato patronatus ex priuilegio, non autem ex fundatione, vel dotatione. Et in vna Comen. iuris patronatus 8. Iun. 1601. coram D. Seraphino fuit reſolutum, ius patronatus ex priuilegio, eſſe reuocatum per Concilium ſeſſion. 25. cap. 9. in totum etiam cum quaſi poſſeſſione inde ſecuta, vt fuit etiam reſolutum in vna Caſſanen. Beneficij 4. Iunij 1578. coram D. Bubalo, & in vna Valentina capellania, coram D. Blancheto, & in Auximana iuris part. 2. Maij 1595. coram D. Corduba, & in Alban. iuris part. 26. Nou. 1598 coram D. Orano, & diſpoſitionem e conſult. de iur. patr. non procedere, vbi aperte conſtat de non iure in proprietate, & c.

Quod procedit, etiam ſi in priuilegio ꝑ habeatur ius patronatus competere, non ſolum ex priuilegio, ſed ex vera & reali fundatione, & dotatione. Nam non ideo deſinit eſſe ex priuilegio, cum illa qualitas inſit in priuilegio, & ita reſoluit Rota in cauſa Placentina parochialis de Mirabel 19. & vltima Ianuar. 1594. coram D. Orano, vt in ſequenti decifione. In vna Placentina parochialis loci de Mirabel fuerat 19. Ianuar. reſolutum, conſtat de iure patronatus parochialis ex priuilegio, ideoque per Concilium Tridentinū

censeri reuocatum. Verum quia Franc. Hidaque ab illustri Sumo D. Marchione de Mirabel ad eam presentatus, huiusmodi resolutioni non acquiescebat, iterum proposui d. bium super iisdem, & domini unanimiter sterunt in decisio, quia cum Concilium cap. 9. sessione 25. disponat, ut titulus iuris patronatus sit ex fundatione, vel dotatione, reliquis patronatibus seu facultatibus, & privilegiis concessis, tam in vim patronatus, quam alio quocumque iure nominandi, eligendi, presentandi, exceptis casibus ibidem nominatis, in totum prorsus abrogatis, necessarium est, fateamur ius patronatus, de quo agitur, ex quo non est comprehensum inter casus exceptatos, sed ex privilegio Pij IV. fuit concessum, per Concilium fuisse sublatum. Neque vero ad rem pertinet, quod in privilegio habeatur ius patronatus competere non solum ex privilegio, sed ex vera & reali fundacione, & dotatione, nam ideo minus dicitur ex privilegio, cum illa qualitas, quod non dicatur ex privilegio, sed ex fundacione, insit in privilegio. hinc enim videmus patronatus huiusmodi, non obstante hac clausula, passim dici ex privilegio, licet habeant aliquid plus prerogative, quam patronatus, in simplici privilegio Mohed. decisio 11. de iure patronatus. Puteus 322. libro 1. & 308. libro 3. ita tamen ut tanta non sint penitentia, quod per hoc a Concilio praseruentur, maxime quia Concilium loquitur per verba importantia veritatem, dum vult, quod titulus sit ex fundacione, & dotatione, unde impossibile est, quod porrigatur ad patronatus, qui sunt tales per fictionem. l. 3. §. hac verba, ubi Bart. ff. de negotiis gestis. leg. in bello. §. facta. ff. de captiuis. Bartol. l. si is qui pro emptore numero 33. & ibi las. num. 120. cum seq. ff. de vlucap. ut in simili receptum est, puta, si Papa per suam constitutionem decernat notarios non participantes esse veros, & non fictos familiares, nam non ideo minus dicuntur ficti per privilegium, & non veri, ut in terminis decidit Castrensis. consil. 340. col. 1. verific. nunc ergo dicendum vol. 1. quia cum in eis cesset commensalitas, non possunt dici secundum veritatem commensales, sed secundum fictionem. Commensalitas enim consistit facto scilicet in usu, & exercitio, ut concludit Anchar. consilio 348. numero 2. per text. in cap. fin. de verb. signific. lib. 6. & princeps veritatem mutare non potest, licet possit contra veritatem fingere, non obstant clausula inserta privilegio derogatorie futuris constitutionibus, quia non porriguntur ad constitutiones conciliares, nisi nominatim earum mentio facta fuerit. Oldrad. consil. 226. num. 1. Calderic. consilio 11. de privilegio. Archidiacon. cap. 1. num. 2. de constitut. libro 6. Barb. consil. 73. numero 6. volumin. 3. non obstat, quod Concilium, dict. cap. 9. §. similiter. mandat reuideri patronatus acquisitos a 40. annis ante Concilium, prout fuit istud reuissum, & approbatum ab ordinario per sententiam, quia sententia fuit lata a Vicario, qui sicut non habebat facultatem concedendi ius patronatus, ita nec potuit illud approbare, praserim cum deceptus sit exprimendo in sententia ius patronatus acquiri non secus ex reparatione, atque ex fundacione, nec enim ex reparatione acquiratur ius patronatus nisi interueniat consensu Ordinarii, de quo hic non constat, neque potest presumptio cadere, cum deficiat lapsus temporis requisiti ad hoc presumendum, nec dicatur concessione Pij IV. factam fuisse ex ista causa, nam in privilegio verbum nullum de reparatione, unde insurgit maior iniustitia dictae sententiae, quae declarat ius patronatus pertinere ad dict. Marchionem, sequendo tenorem literarum Apostolicarum & Concilii, cum nec in literis, nec in Concilio quicquam de eo disponatur, ut autem etiam ex reedificatione ius patronatus acquireretur, oportet probare, quod reedificatio

erat necessaria, ita quod Ecclesia esset omnino diruta, & noua indigeret consecratione, glossa cap. quoniam verb. fundaciones, de iure patronat. & ibi Abb. numero 11. Rochus verb. construxit quaestione 8. numero 12. Lambert. 1. parte 1. libro 3. articulo 6. quaestione principali numero 11. prout 12. qui ex dotatione de nouo facta pretendit acquirere ius patronatus, debet dotem Beneficii redactam fuisse de esse, ad non esse, Rochus verb. dotauit quaestione 6. alias qui Ecclesiae iam constructae & consecratae aliqua donat, vel eam restaurat, non ex eo patronus, sed benefactor dicitur, glossa capitulo pie mentis. 16. quaestione 7. doct. in Rubrica de iure patronus. ubi Innocent. numero 2. Cardin. quaest. 6. Felin. in cap. venerabilis, numero 37. de except. & ita conclusum, & post haec tradit Gonzal. gloss. 18. a num. 97.

Et similiter, ius patronatus ¶ ex privilegio, sublatum est per Concilium, etiam si in privilegio dicatur, quod esset eiusdem prorsus naturae, & roboris, ac si ex fundacione, & dotatione competeret, cum sit ad instar, & non proprie ex fundacione, & dotatione, & ita censuit S. Congregat. Concilii super d. cap. 9. his verbis, patronatus qui fuerunt concessi, ut essent eiusdem prorsus naturae, roboris, & c. cuius ius patronatus laicorum, & nobilium, regum, ac si ex fundat. & dotat. forent Cong. censuit, censere sublatos, quia cum sint ad instar, & non proprie regum, nec ex fundat. ideo non comprehenduntur sub exceptione, & tradit Gonzal. supra numero 102. fuisse decisum in vna Cordub. 20. Nou. 1559. coram D. Ioi. Aldobrand. quod si ex mero privilegio competeret alicui ius patronatus, in cuius concessione disponatur, quod sit eiusdem naturae ac ius patronatus ex fundat. & regum, non obstante d. clausula, & quod Concil. Trident. praseruat ius patronatus ex fundacione, nec non ex privilegio, quando est regibus concessum, erit nihilominus derogatum, & sublatum tale ius patronatus per d. Concilium.

Nec ¶ prodest immemor. ut in seq. declaratione eiusdem S. Congreg. super d. cap. 9. remanet dubium, quando constat de origine privilegii, vel praesumitur esse ex privilegio aliquod ius patronatus, & adest immemor. profit illa, vel non propter clausulam derogatoriam in fine c. posteam, ibi, non obstantibus quibuscumque consuetudinibus, & immemor. quasi referenda sit etiam ad ius patronatus, & in hoc Congreg. respondit non prodesse.

Non tamen loquitur hic de privilegiis ¶ concessis ex causa onerosa, ut fuit resolutum in causa Valentina parochialis de Consentayna 30. Ian. 1581. & 26. Ian. 1582. coram D. Seraphino, quae habentur. 1. p. diuersorum dec. 687. & 2. p. 269. quod ut dicitur d. dec. 687. fuit saepius in aliis causis a Rota animaduersum, & in Patuina iuris patr. 29. Ian. 1590. coram ¶ eodem D. Seraphino ubi fuit resolutum, quod ius patronat. concessum ratione reedificationis non tollitur per Concilium: quia non derogat patronatibus qui ex iuris communis disposit. competunt, nec ista concessio potest dici merum privilegium, & si haberet aliquid privilegii, tamen quando sit ex causa onerosa seruandum esse resolutum Rota, in d. Valentina de Consentayna, & c. Et idem innuit in illa Placentina parochialis de Mirabel. sup. adducta n. 117. conducunt tradita per Gonzalez gl. 28. a n. 22. & gl. 36. n. 36.

Sexto notandum est, ius patron. de iure non acquiri ¶ ex augmento, seu supplet. dotis, sed requiritur, quod in totum Eccles. dotetur. Roch. verb. & dotation. 3. q. Lamb. 1. p. 1. lib. 9. art. 1. 2. & 6. Rota dec. 457. n. 18.

n. 18. & decis. 528. n. 2. p. 1. diuersorum, & d. dec. Placentina parochialis de Mirabel. & Zerol. in praxi Episcopali. 2. p. verb. ius patron. §. 1. post hac tradit Gonzalez glof. 18. n. 53. dicens, quod qui ex dotat. de nouo facta, prætendit acquirere ius patron. debet docere dotem primam fuisse redactam de esse, ad non esse, & fuisse decifum in vna Sarcanen. Beneficij S. Iulij 1599. coram D. Mellino, & in Compfana iuris patron. 23. Ian. 1604. coram D. Lita.

123 Quamuis contradicat illa decis. Tirafonen. † iuris præsentandi §. Maij 1593. supra adducta numer. 84. ad fi. & quamuis Menoch. conf. 24. l. n. 14. lib. 3. & 36. a numer. 5. lib. 4. dicat ex dotatione acquiri ius patroni quando Ecclesia parum habet, & non est commode dotata, post Abba. conf. 28. 2. p. & videtur inclinare Lambert. d. art. 6. ad fin. pro quo videtur facere Conc. Trident. sess. 14. de format. capitulo 12. ibi, seu iam ereditam, &c. sed intelligitur ex privilegio Apostolico.

124 Et ius patronatus ex augmento dotis, &c. † concessum etiam per Papam à 40. annis citra, subiicitur examini, & reuisioni ordinarij, vt in d. c. 9. vers. similiter, concessum vero ante annos 40. à confirmatione Concilij, non subiicitur dictæ reuisioni, sed firmum remanet, Hier. Gabr. conf. 195. lib. 1. & censuit S. Congreg. Concilij, vt in seq. declarat. super d. c. 9. ius patronatus acquisitum per augmentum 3. partis dotis, ante 40. annum, à die confirmationis Concilij numerandum, validum est, si vero est acquisitum intra annum 40. Episcopus vti Apostolica sedis delegatus, illud examinare debet, & quod non in euidentem utilitatem factum inuenerit, reuocabit, restitui tamen debet patr. id quod hoc nomine ab eis datum fuit, prout in fine huius decreti statutum est, & isti 40. anni numerandi sunt à die confirmationis Concilij, nam licet à die quo vellet ordinarius inquirere super validitate iuris patro. essent transacti 40. anni, hoc nihil obstat examini, interim tamen dum sit examen, nullus est in sua quasi possessione turbandus.

125 Et in vna Lucana Canonicatus 24. Maij. † coram D. Bubalo, tenuit Rota, ius patro. concessum à 40. annis citra ex augmento, &c. subiici examini, & reuisioni ordinarij illos vero 40. annos concessi fuerunt, ex decreto Concilij sess. 25. c. 9. reuideri ab ordinariis non posse, vt censuit S. Congreg. & sic ius patronatus reservatum ante 40. annos à die publicationis Concilij, non comprehendit sub decreto Concilij, nec attendi debere tempus reuocationis facta postquam regula Adriani fuerat reuocata, quia per reuocationem, res fuit reducta ad pristinum statum, perinde ac si regula Adriani non emanasset, &c.

126 Et in vna Melphien. seu Rapolien. iuris patronatus 19. Ian. 1594. coram D. Mantica fuit resolutum quod iure patronatus à Papa concessio postquam fructus Ecclesie ad 3. partem auxerit, debet probari implementum istius conditionis, alias ius patronatus non est acquisitum. 1. ex his C. quando dies legati cedat. l. Thais §. fithum. ff. de fideicom. libertate. l. cum mota vbi luf. num. 21. & Decius. 6. C. de transactio. Rota diuersorum. 1. parte decis. 148. & dos aucta dici non potest vsque ad 3. par. nisi sit probatum quanti essent fructus Ecclesie tempore gratia sua assignationis, & tamen conditio in totum impleri debet 1. cui fundus, de condit. & demonstrat. & in propriis terminis fuit resolutum in Paduana iuris patronatus de Delphin. vlt. Maij 1591. coram D. Decano, nec presumitur facta assignatio illa vsque ad 3. p. vt partes asseruerunt ex eo quod semper fuerit postea in quasi possessione presentandi,

arg. l. si filius familias, C. de petit. hered. Deci. con. 222. n. 9. Quia & si partes asseruerunt fuisse factam assignationem in certa re vsque ad 3. p. fructuum, non est credendum assertioni illarum in praeiudicium Ecclesie, & cum illa conditio inducat formam, quæ est individua, ad vnguem debet probari, & concludenter & vere, non autem per coniecturas, vt fuit resp. in d. Paduana iuris patronatus, maxime quando ex potentia patroni inducitur aliqua presumptio usurpationis Trident. sess. 25. c. 9. de reform. Putens decis. 205. lib. 1. A. hill. 156. quid in dist. Paduana contra Delphinos nobiles Venetos fuit perpensum, & ita in hac Melphien. seu Rapolien fuit resolutum non constare de iure patronatus, quod fuerat concessum à Paulo III. anno 1534. principalib. de Ascalis vt supra, & fuit confirmatum coram eod. D. Mantica. 6. Maij 1595.

Et alias in † vna Valentina de Carletis 4. Maij 1601. coram D. Lancell. fuit resolutum, non constare de iure patronatus quia hoc ius patro. fuerat anno 1515. à Leone X. concessum, G. Domino d. loci postquam dictam Ecclesiam propriis sumptibus reparauerit, & instaurauerit, illiusque dotem quæ 130. ducatos de eo tempore non excedere asseratur in annuis redditibus. 10. ducatorum auxerit, & ideo etiam si huiusmodi implementum esset sufficienter probatum ab hoc subiacebat regula Adriani VI. nam de iure communi ex huiusmodi augmento dotis non fuerat acquisitum ius patronatus, Rochus verbo, dotauit. q. 2. & 3. & fuit dictum in Lunen. Sarcanen. Beneficij. 2. Iulij 1599. coram D. Mellino, & alias plures, maxime cum non ascenderet ad medietatem annui valoris fructuum Beneficij, neque ex d. re. si avarione & reparatione, ex quo Ecclesia non erat fundus destructa, ita vt egeret noua consecratione, Lambert. 1. p. 1. lib. q. 6. ar. 3. n. 16. Rochus verbo construxit n. 12. & fuit dictum in Perusina de consilio 10. Decem. 1570. coram D. Blancheto, & in Valentina de Consentagna. 26. Ian. 1582. coram Decano, & regula cum habeat verba amplissima, & sit fauorabilis, comprehendit etiam hunc casum mixtum quando cor currit augmentum dotis, & reparatio Ecclesie, nec sufficit quasi possessio, vt presentans veniat instituendus pendente lite super proprietate. Caputaquen. decis. 29. & 324. lib. 1. in manuscript. & fuit d. in Casaraugust. parochialis 20. Ian. 1566. coram Groperio, ultra quod non est in quasi possessione cum beneficium vacauerit in mense reservato.

Septimo notandum est, ius † patronatus non posse competere ex concessione, & privilegio Episcopi capite secundo de rebus Ecclesiasticis in sexto, Rochus verbo pro eo quod de diocesan. consensu numer. 34. Staphil. de literis Grac. titul. de modo, & forma imperandi §. 1. de iuris de patronatus prerogatiua nu. 3. & 4. Rebuff. in praxi. 3. p. signat. verbo nec non iuris patron. n. 3. Lambert 1. p. lib. 1. qua. 10. ar. 4. & censuit S. Cong. Concilij 2. Apr. 1573. vt in sequen. declarat. super d. c. 9. ibi, ius patronatus ex privilegio Episcopi concessum, in cuius pacifica possessione extiterunt præteriti patroni per 140. annos, non prodest, cum enim constet de iur. ex privilegio inualido, centenaria possessio prodest non potest ob malam fidem, ideo per hoc decretum sublatum Flam. Paris. de confid. q. 28. n. 240. & tenuit Rota, vt per Chifanen. decis. 102. † in manuscript. in qua fuit tentum, quod si in noua promissione narratur, quod beneficium est de iure patronatus de facto, si tamen non probetur inuidice non valet, vt censetur surreptitia, puta si Episcopus concesserit ius patron. de Ecclesia quæ erat libera, quod non potest facere sine auctoritate Papæ. Calder. conf. vlt. de iure patron.

Et sic in vna † Nolana, Capellæ, seu Beneficij 139

19. Ianuar. 1594. coram D. Augonio fuit resolutum, quod capellam reuersam ad pristinam libertatem non potest Episcopus per suam donationem redigere in seruitutem iuris patronatus, Abb. conf. 106. l. 2. Roch. sup. Berroi. conf. 44. n. 33. lib. 1. non obstante quod in donatione dicatur, donatarium debere edificare, & depingere una capellam, seu altare, infra triennium, cum non constet Capellam antiquam esse in totum destructam, prout constare debet, ut ex reedificatione posset dici acquisitum ius patronatus glof. in c. quoniam de iure patro. & ibi ceteri, Rochus verb. construxit. n. 12. Tum etiam quia impensa pro huiusmodi reedificatione, poterat esse tam modica, quae commode potuisset fieri de fructibus ipsius capellae, & praesertim cum reedificatio esset facienda infra Triennium. c. 1. de Ecclesiis edificandis. c. 4. de redditib. 12. q. 2. nec potest dici requisitum ius patron. ex causa dotationis, cum ille in suo testamento reliquerit quadam bona huic capellae, quia iam erat dotata Abb. supra n. 2. & quia sibi spectaret ius patronatus, & non ut acquireret illud, ex causa dotationis reliquit, & 16. Decem.
1594. coram D. Orano & domini steterunt in decisio, & fuit resolutum, non fuisse locum praescriptioni diuturni patronatus, tractu temporis, etiam longissimi, cum constet de principio inualido illius, & c. M. Ant. Genuen. d. c. 16. n. 5. qui ait non suffragari immemorabilem, quando constat de initio inualido vitiosi tit. à principio, quod ait posthac González glo. 18. à nu. 48. allegans declarationem S. Cong. & decis. Veneram Tribij. 55. l. 2. à n. 69. & alios. Vnde conuincitur conf. Menoch. 90. libro 1. & ex num. 13. & 336. num. 28. lib. 4.
- Sed Zerola d. verb. ius patronatus. & §. 8. dub. 6. ait, quod quicquid sit de Ecclesia consecrata, tamen capellas vidit concedi in ius patronatus, etiam existentes in Ecclesia consecrata, etiam in Cathedralibus, nec tex. in d. cap. 2. videtur hoc prohibere, sequitur Zechius d. cap. 12. de benef. & pensio. n. 53. versicul. non potest vero.
- Nihilominus etiam in capella Ecclesiae & verissima est praedicta resolutio, ut tenet Staphil. supra, & Rota in d. Nolana, & alij, & recte probatur ex d. cap. 2. & praxim quam Zerola vidisse ait. Existimo procedere ex eo, quod, ut videmus etiam in Hispania, solent aliquae personae nobiles, diuites, & principales, ad suam & suorum sepulturam emere capellas in Ecclesia factas, cum licentia ordinarij, dando Ecclesiae pretium aedificij, & soli capellae, prout conuentum est, unde tanquam fundatores, & constructores capellae remanet patroni ipsius, quia ratio eadem militat, ac si principio fundet, vel construat, maxime stante consuetudine, quae ita recepit & interpretata est.
- Et facit quod tradit Rochus verb. fundauit q. 9. Lambert. l. par. 1. libro. 9. 3. art. 10. Caputaq. decis. 290. l. p. quod Ecclesiam aedificasse dicitur, qui dedit domum pro illa constituenda.
- Quamuis Greg. Lopez in l. 1. tit. 13. p. 1. & verbo vender. & Molin. de Hispan. primog. lib. 1. cap. 24. nu. 40. tales contractus condemnent tanquam simoniacos, quos sequitur Parad. rerum Quotid. libro 1. cap. 3. numero 36.
- Et ita est accipiendum quod dicunt & Lassarte de decima venditio c. 14. n. 5. maxime in additio. ibi, & P. Ledefma in sum. 2. p. tract. 12. conclus. 34 qui ait, quod licite potest vendi & emi ius sepulturae, sibi, & suis descendentibus, & haeredibus, sicut potest vendi, & in capella, cum obligatione, quod nemo sepeliatur in ea nisi emens, & sui descendentes, ut docent communiter discipuli Dom. Thomae, particulariter O-

rellana, quia haec obligatio est temporalis, & admittitur aliquis honor temporalis, & non est res spiritualis, & c. & Mai. Ant. Genuen. cap. 40. nu. 19. quod sepulchra cum capellis, possunt vendi ratione situs, & dignioris loci, quod non videtur quod spirituale, Arag. 22. quesi. 100. art. 4. quae ratio Genuen. & P. Ledef. in emptione capellarum non satisfacit, cum acquiratur ius patroni quod est spirituale, ut est dictum & ita non videri posse saluari, nisi ex praedicta ratione.

Non tamen placet & quod dicit Lassarte, ibi, & P. Ledefma conclus. 35. quod habens capellam, seu patronus alicuius capellae, possit illam vendere, & huiusmodi ius patronatus, quod etiam tenet Cosinas Philarcus de officio Sacerdotis. 2. p. lib. 6. ca. 9. ad fin. dicens, quod qui habet ius patronatus alicuius capellae, potest vendere parietes, & picturas, & c. illius capellae, quae sunt quid materiale in quo fundatur illud ius patronatus, non tamen potest amplius accipere pro ipso iure. Ex quo videbatur posse saluari venditiones capellarum, quae solent fieri per patronos earum, ut vidi in hac ciuitate. Sed quamuis id possit & procedere, quando Ecclesia vendit Capellam, ex quo ipsa Ecclesia est domina, seu quasi, suarum capellarum, tamen quando patronus illam vendit, non videtur posse procedere, nec excusari à simonia, nec valere contractum, quia cum ipse non sit dominus capellae, nec parietum ipsius & nullius & sequens de rerum diuisione. sed solū habeat ius patronatus, ipsum reuera vendit & non aliud. Nec verum est, quod ius patronatus postquam est acquisitum fundetur in partibus, & c. Sed solum fuerunt causa illud acquirendi. Et similiter quando tota Ecclesia, aut totum monasterium venderetur, nihil aliud esset, quam vendere ius patronatus, atque adeo esset simonia.

Aduertendumque est, quod qui emit capellam, & Ecclesiae deberet dare iustum pretium, & valorem, saltem aedificij, parum plus vel minus. Alias enim si id non daret reuera, sed minus notabiliter, non posset dici fundator, & constructor in totum, nec tanquam talis acquireret ius patronatus ut praetendit, & consequenter capella remaneret libera, & Ecclesia deberet datum restituere, saltem quatenus ex eo factus est locupletior, & c.

Tandem supradicta confirmantur & declarantur tex seqq. declarationibus S. Congreg. Concil. sup. d. c. 9. l. 1. ibi, ex fundatione vel dotatione, & c. siue etiam ex multiplicatis presentationibus & c. Cong. censuit haec verba accipienda esse disiunctiue, nam sufficit alterutrum probare scilicet vel tit. ex authentico documento, siue multiplicatas presentationes, ut in Concilio die 4. Februar. 1581. Secunda, ius patronatus quod probatum est solo documento fundationis, & c. absque aliqua presentatione, non tollitur à Concilio, vide decisionem Rote 2. de preben. in nouis, nisi tantum tempus praeterisset, quantum iure requiritur ad praescribendam Ecclesiae libertatem. Tertia, an satis sit, asserenti sibi competere ius patronatus ex fundatione, & dotatione, si in una, aut altera presentatione de Anno 1554. & 1561. quae effectum sortita fuerint, ostendatur. Congregatio censuit non esse satis, die 10. Februar. 1581. Quarta, ius patronatus ex solis presentationibus continuis ultra hominum memoriam, probatur ex fundatione, vel dotatione, licet in eis nulla facta fuerit mentio de fundatione, aut dotatione. Quinta, Congregatio censuit barones, & alios dominos iuris dictionem perpetuam habentes, comprehendendi in hoc decreto, versic. in his vero personis. Sexta ibi,

ibi, authenticis scripturis probentur. Congregatio Concilij omnium consensu censuit requiri pro forma, ut probatio fiat authenticis scripturis, & constituendam esse regulam, quod probatio per testes non sufficiat. Septima, an cap. 9. sess. 25. in ea parte in qua requirit plenior, & exactior probatio patronatus, in iis personis, seu communicationibus, in quibus usurpatio plerumque presumitur, nec eis immemorialis aliter suffragatur, nisi presentationes, etiam continuata non minori quam 50. annorum spatio, quae omnes effectum sortita fuerint, authenticis scripturis probentur, requiratur pro forma, quod probatio fiat per authenticas scripturas, ita ut probatio per testes excludatur, Congregatio censuit probationem debere fieri per authenticas scripturas, ita ut probatio per testes regulariter excludatur, Hier. Cardin. Mathaeus. Octava, Congregatio censuit, ut ad conficiendam immemoriam, concurrant anni elapsi usque ad tempus contritionis morte, & non tempus decursum usque ad publicationem Concilij, tantum attendendum sit. Nona, non possunt repelli probationes oblatae a patronis, ut eorum patronatus declarent esse ex Concilio, salvis tamen exceptionibus tam huius decreti, quam iuris communis. Decima, ius presentandi verbi gratia, ad mansionarias, datum cap. censendum esse ex privilegio, quando capitulum non fundavit, nec dotavit, nec habet immemoriam, ideo sublatum est hoc decreto. Undecima, Julius Papa III. ad supplicationem Cardinalis de la Cueva, & Joannis comitis de Vuenam, & domini in temporalibus oppidi de Moron, concessit ius patronatus d. comiti ad sex beneficia simplicia, consistentia in Ecclesia d. oppidi de Moron ad ipsius comitis vicariam, quod ius patronatus defuncto d. comite Pius IV. ad supplicationem praedicti Cardinalis, & D. Petri Ducis filij, & successoris d. Ioan. comitis concessio d. D. Petro Duci, pro se, & eius filio primogenito dubitatur, an ius patronatus fuerit revocatum per Concil. Iriden. hoc c. Congregatio decrevit hoc ius patronatus censi ex privilegio, & ideo Concilio sublatum esse. Flam. Paris. d. 9. 28. de cons. n. 240. Decima secunda, an si quis probaverit, se per 40. annos presentasse, & in possessione, seu quasi, se fuisse, ad presentandum admitti debeat, non obstante decreto Concilij, hoc c. cum alias titul. presentationis 40. annorum esse videatur, & praedicto decreto conformis, ibi, aliasue secundum iuris dispositionem, conclusum est Congregationem censuisse non debere admitti, nec obstant illa verba, aliasue secundum iuris dispositionem, quia Congregatio intelligit, ut non respiciat tempus, de quo iam expresse supra disposuit, & voluit esse immemoriam, sed respiciat alias clausulas, & alios modos, quibus secundum ius vetus probari poterat ius patronatus, sed quod ad tempus attinet, illud praecise, & semper debeat esse immemoriam, nec sufficiant 40. anni, etiam si alias iure veteri sufficerent, ut in persona Ecclesiast. secundum Lamber. de iure patron. Decima tertia, an patronatus in conventuali Ecclesia censi debeant sublati verbi reliqui, Congreg. die 4. Decemb. 1589. censuit, patronatus ex causa fundationis, seu dotationis, in ipso limine fundationis seu dotationis, Apostolico privilegio concessos, non esse sublato: patronatus vero reliquos, in conventualibus Ecclesiis quocumque privilegio concessos, post fundationem & dotationem censi abrogatos. Decima quarta, an ad probandum privilegium patronatus in conventuali Ecclesia ex causa fundationis, &c. quidem in eius limine fundationis concessum fuisse sufficiat immemorialis, iunctis multiplicatis presentationibus, quae secundum formam Concilij in praesenti effectum sortita fuerunt, stante derogatione in calce posita. Congreg. d. die 4. Decemb. 1586. censuit non sufficere, ex verbis tam in

1. quam in 2. casu, nisi probata fama talis privilegij, aliisue concurrentibus requisitis, secundum iuris dispositionem, nec obstat d. derogationem, cum non referatur ad disposita in 1. part.

§. I.

De aliis Notabilibus.

SUMMARIA.

Foemina acquirere, & habere potest ius patronatus, & presentandi n. 142. Et ius patronatus hereditariis etiam in feminas heredes transit, n. 143. Et etiam in ius patronatus relictum consanguineis, seu qui sunt de genere, parentela, domo, seu familia, competit feminis etiam nuptis & descendentibus ex illis, quicquid sit in Italia n. 144. unde etiam succedit in iure patronatus in modum maioratus instituto, ita quod ad unum dumtaxat deveniat, nempe primogenitum, seu successorē, nisi expresse sit exclusus, n. 145. In quo succeditur sicut in maioratibus, n. 146.

Villa in dotem data, in qua est ius patronatus ad quem spectet ius presentandi, an ad maritum an ad uxorem, n. 147.

Questio ista ab illa pendet quae, apud quem sit dominium rei dotalis, an apud maritum, an vero apud uxorem. In qua sunt varia sententia, n. 148.

Prima sententia dominium esse apud maritum ponitur n. 149. Cuius fundamenta ponuntur a n. 150.

Plura quae contra hanc receptissimam sententiam obstat, quibus probari videtur uxorem esse dominam rei dotalis, non vero maritum, n. 156.

Secunda sententia ponitur num. 157. Quae improbat, n. 158.

Tertia sententia noviorum doctum verum & naturale dominium apud uxorem manere, civile vero dominium viri esse n. 159. Quam accipit Ioan. Garcia in bonis quae ipsa mulier habebat, &c. n. 160.

Concordia Barbosa ponitur n. 161.

In hac quae, dicitur i. eam procedere circa res dotales, non estimatas, vel estimatas ea estimatione, quae non facit emptionem, nam circa res estimatas, simpliciter certum est virum esse proprie, & vere, & absolute, & perfecte dominum earum n. 162. Quia ista estimatio facit emptionem n. 163.

Secundo dicitur longe veriore, & tenendam videri primam sententiam communem, quod vir sit vere, & proprie dominus rerum dotalem ex adductis pro ea. Et ad adducta contra eam respon. a n. 165. Et ad lin. rebus C. de iure dotum, in qua sententia noviorum praecipue fundatur res. a n. 171.

Ex huius questionis resolutione resultat resolutio quae, propositae de iure patronatus, consistente in bonis in dotem datis, & resolutur, quod cum dominium rerum dotalem vere in maritum transeat, consequenter, etiam ius patronatus illis annexum ad maritum transit, atque adeo ad eum solum spectabit presentare, & non ad uxorem, quamvis contrarium teneant aliqui relati, num. 178. quorum rationi satisfit, nu. 179. & sequens.

Improbat sententia Rota, seu potius collectoris dicentis maritum tunc posse presentare: tamen si maritus, & uxor concurrant presentando, preferendum esse presentatum ab uxore, exemplo tutoris & pupilli numero 181. & res. disparat esse rationem in iustore.

Prædicta resolutio in hac quæst. videtur tenenda, etiam in sententia nouorum circa præcedentem quæstionem, n. 148.

Improbatur Lambertinus, qui in hac re non procedit recte, & consequenter, n. 185.

Supradicta procedunt, quando ius patronatus est annexum bonis in dote datis, quando vero est annexum aliis bonis uxoris, aut ei competit ratione maiortus, successionis tanquam heredi, vel consanguineæ fundatoris, ad ipsam pertinet presentare, nec maritus poterit se intromittere, & capit, numero 184.

Præsentatus à pupillo maiori septennio, præfertur præsentato per tutorem, etiam si præsentatus à pupillo esset minus dignus, numero 186. quamvis aliqui dicant præferendum esse præsentatum à pupillo, si est magis idoneus, aut saltem æque idoneus numero 178. Et quamvis Io. Nicolaus teneat contra communem pupillum etiam maiorem septennio non posse presentare, nu. 188. Sed communis sententia est tenenda, quæ supponit pupillum maiorem septennio habere usum rationis, & sic posse presentare, & c. numer. centesimo octuagesimo nono.

Ex ratione communis sententiæ videbatur in vigore tutorem nullo modo posse presentare nisi de voluntate & consensu ipsius pupilli maiorem septennio saltem tacito, ut quia sciens tutorem præsentasse non contradixisset, nec præsentasset alium, & c. vel nisi pupillus sit infans nondum habens 7. annos qui presentare non potest à numero 191. Nihilominus etiam si pupillus sit maior septennio videtur æqua communis opinio, quæ supponit posse absolute tutorem presentare & c. numero centesimo nonagesimo quarto.

Id quod prius dictum est procedit in curatore puberis minoris 25. annis n. 195. nam in talibus ut publici iuris non attenditur curatoris potestas, nec minor aetas, n. 196. Nec patris potestas, n. 197. Et quando filius familias est patronus presentatio spectat ad ipsum filium, & non ad patrem, n. 198. Et sic quando ius patronatus spectat ad puberem, vel filium familias non potest presentare curator, vel pater, nec eorum presentatio valebit, n. 199.

Quod dicunt Baëga & Ioan. Gutier. quod curator datus persone possit conferre beneficia, vel ad ea presentare procedet in tutore, vel curatore furioso, alias est falsum n. 200.

Non potest presentare pater pro filio, tanquam pater & coniuncta persona etiam cum cautione de rato, nec alia coniuncta persona, numero 201. Tum quia præsentandum requiritur speciale mandatum, & si intrat regula l. 1. ff. de minor. num. 202. Tum etiam quia in causa spirituali pater, vel alia coniuncta persona non admittitur sine mandato etiam cum cautione, n. 203.

Si admitteretur presentatio patris pro filio, vel alterius coniunctæ persone, ita demum valeret, si ratificatio fieret infra tempus datum ad præsentandum, n. 204. Nec sufficeret, quod infra d. tempus non fiat presentatio seu contradictio patroni, nisi constet infra d. tempus de scientia illius, & hoc quando pater præsentauit, & c. n. 205.

In Hispania ubi datur tutori decima fructuum non potest decimare ius præsentandi, seu presentationes competentes pupillo, siue ius patronatus competat ratione persone siue rei, n. 206. quamvis diuersum sit in fructuario omnium fructuum, ad quem transiit ius præsentandi competens ratione rei, qualis non est tutor iure nostro, nec etiam patris, n. 207.

Ius patronatus aliud est Ecclesiasticum, aliud laicale, aliud mixtum, & sic patroni alij sunt Ecclesiastici, alij laici, alij Eccles. & laici simul, n. 208.

Patroni Ecclesiastici habent semestrem ad præsentandum, laici quadrimestrem, n. 209. Et quando sunt Ecclesiastici & laici simul omnes habent semestrem, etiam laici ratione communione, n. 210.

Patroni laici possunt variare, ante institutionem Episcopi, & alij præsentare accumulando, quod non possunt facere patroni Eccles. nu. 211. de quo qui late agant, n. 212.

Patroni laici possunt in presentatione variare, & alium præsentare cumulatim, sed non possunt recedere à prima presentatione sine causa, ex Rota, numero 213.

Variatio patronis laici semel tantum censetur permitti, & pro prima vice, n. 214. quamvis pluries posse variare teneant alij n. 215.

Clement. plures, §. si. de iure patronat. intelligitur quando plures simul præsentantur non successiue, & procedit etiam in patronis Ecclesiast. qui ex ea possunt facere presentationem alternatiuam & plur. simul præsentare contra aliquos, n. 216.

Non potest patronus laicus variare lite pendente alias inter præsentatos nisi colligantem præsentet, nam cap. 1. lite pendente in 6. habet locum in presentatione sicut etiam c. 2. & c. à n. 217.

Vbi sunt plures patroni, possunt singuli separatim præsentari aliis non requisitis, quando ius patronatus spectat ad eos ut singulos, ut in dubio præsumitur, & non ut vniuersos, & iure collegij, n. 222. ubi ponitur resolutio Rota.

Quamvis contrarium teneant Abbas, & alij regu. Bart. quod in his in quib. consensus maioris partis præiudicat minori, etiam si pertineant ad plures, ut singulos requiritur, quod actus fiat simul, & debent simul conuenire, num. 223. Cui respon. quod illa regula procedit quando factum maioris partis præiudicat minori circa eundem actum, at in proposito presentatio maioris partis non præiudicat minori quo ad actum præsentandi, n. 224.

Ex ista respon. inferitur quod sententia Abbatis, & aliorum procedit in pluribus heredibus vnius ex patronis, qui habentur pro vno & habent unam tantum vocem & presentationem, quæ est apud maiorem partem, & c. n. 225.

Procedet etiam sententia Abb. & aliorum, quando ius patr. pertinet ad plures, ut singulos tamen vigore statuti, vel consuetudinis ad præsentandum solui sunt simul conuenire, seu debent n. 226. & seq. ubi ponuntur resolutiones Rota.

Procedet etiam sententia Abb. & aliorum in presentatione, seu nominatione faciendâ ad capellaniam, in qua non debet fieri institutio à superiore, ut in capellania non collatâ, & in electione faciendâ ad aliquam elemosinam seu opus pium, & c. n. 228.

Quando est necessarium quod conueniant in vno, & aliqui nollet conuenire, si spectat ad plures, ut vniuersos, & collegium, seu in modum collegij recurrendum est ad tradita per doctores relatos, n. 229. Si vero non sunt collegium index ad instantiam aliorum statuet illis terminum & locum ubi conueniant, & c. num. vigesimo tertio.

Institutio seu collatio ab ordinario facta, spreto patrono infra tempus datum ad præsentandum nulla est ipso iure, n. 231. reclamante tamen & contradicente patrono infra d. tempus alias iustinebitur, & valebit promissio ordinarij, n. 232.

Ponitur ratio huius conclus. quam tradunt Rota Card. Abb.

Abb. Felin. & alij num. 233. quæ refutatur, n. 234. & seq.

Ponitur alia ratio Abb. Felin. & aliorum, n. 236. Quæ etiam non placet, n. 237.

Veræ ratio est, quod nullas collationis ab ordinario facta spretio patrono inducitur in fauorem ipsius patroni, atque adeo ita demum est nulla si ipse voluerit & contradicatur, num. 238. & ideo patronus potest ab ordinario recipere Ecclesiam seu beneficium cuius est patronus, licet se ipsum presentare non possit, & ad ordinarium pertineat institutio tantum & non collatio, numero 239.

Promissio facta spretio patrono est in pendentia, & interim habet implicitum statum, ita ut patrono reclamante infra tempus datum ad presentandum sit nulla a principio & ex tunc, eo vero non reclamante censeatur valida a principio & ex tunc, & n. 240. Quamuis de collationem valere ut ex tunc, & non ut ex tunc alij teneant, n. 241.

Ex collatione facta ab ordinario, spretio patrono infra pus presentandi, interim videtur ius considerabile quæsitum prouiso, ita ut non valeat promissio Pape alteri postea facta non facta de illa mentione, & si loci regule de iure quæsitio, n. 242. quamuis contrarium teneat Rota Gamb. & Rebuff. relatus num. 243. quorum sententia procedit ætatis ius rationibus essetque vera, ubi patronus postea reclamasset infra tempus datum ad presentandum, & c. numero 254.

Predicta conc. procedit etiam in prouisione facta à Papa sine derogatione iuris patronatus laicorum, n. 245. & idè videtur ex d. ratione in prouisione facta à Papa cum derogatione iuris patronatus inualida contra aliquos, num. 245. licet secus sit in prouisione facta cum clausula, dummodo patronorum ad id accedat assensus, num. 247.

Secundo, procedit etiam in prouisione facta à legato, seu nuntio, spretio patrono laico, n. 248.

Tertio, procedit in omni casu, in quo fieret deuolutio ad Episcopum, puta si patronus presentauerit indignum, ut etiam hoc casu firmitur collatio facta per Episcopum sine patrono, n. 249. sed attenda ratione auctoris non videtur vera ista declaratio, quia per illam presentationem declaratur voluntas patroni nolentis valere collationem eo spretio factam, & c. n. 250. & sufficit sola contradictio patroni facta infra tempus datum ad presentandum, ut collatio facta eo spretio sit irrita etiam si non presentauerit aliquem, & c. numero 251.

Quarto, procedit quando collatio facta est iure ordinario, & originali, secus si iure deuoluto, nam tunc non reuertitur, ex quo deuolutio nondum erat facta, numero 252.

Quinto, procedit secundum Hier. Gabr. si ordinarius sciens beneficium esse iuris patronatus confert, non autem quando pretendit esse liberum, num. 253. Quæ declaratio nimis restringit dict. conclusionem communem, nec videtur vera attenda ratione auctoris, numero 254.]

Quinimo ius patronatus hereditarium & etiam in fœminas hæredes transit, Rochus verb. ipse vel is, q. 6. Lamb. 2. p. 1. lib. 9. c. 2. art. 14. & Doctor Sahagun. in c. quanto de iudiciis, n. 11. & etiam ius patronatus relictum confanguineis, seu qui sunt de genere, parentela, domo, seu familia, competit fœminis, etiam nuptis, & descendentes ex illis, præsertim in Hispania (quicquid sit in Italia) ad tradita per Moli. de Hispan. primog. lib. 3. ca. 4. & Velazq. de Auendanno in l. 40. Tauri gloss. 9. ex n. 14. quicquid Ioan. Gutier. cons. 13. ex n. 6. circa quod vide Castad. d. deo. 1. & Hier. Gabr. cons. 195. lib. 1.

Vnde etiam fœmina succedet in iure & patrona in modum maioratus institutio, ita quoad vnum dumtaxat deueniat, nempe primogenitum, seu proximorem (nisi fœmina expresse sit exclusa) in quo succeditur sicut in maioratibus, & eod. ordine. Coiarru. & pract. cap. 38. num. 13. Molin. lib. 1. cap. 1. num. 26. & 27. & lib. 3. cap. 6. num. 41. & cap. 7. n. 19. Mieres de maioratibus in prin. num. 7. Velaz. d. l. 40. gloss. 2. n. 67. qui alios refert, & P. Moli. de inst. 3. to. disput. 627. num. 13.

Sed est grauis q. nempe, & villa in dotem data, in qua est ius patro. ad quem spectet ius presentandi, an ad maritum, an ad vxorem, quæ q. ab illa pendet, & apud quem sit dominium rei dotalis, an apud maritum, an vero apud vxorem, in qua sunt variae sententiæ.

Prima est, dominium esse apud maritum, quam & tenet gloss. capitalis in l. in rebus, verb. natur. ali. C. 1. de iure dotium, & in l. doce ancillam. C. de rei vendic. Bar. in d. leg. in rebus. n. 3. & ibidem Bald. nu. 6. & Sallie. dicens communem num. 5. Ang. in prin. inst. quib. alienare licet num. 1. & 5. Iaf. in §. fuerat de actio. num. 2. Bald. Nouelus de dotib. §. p. priuileg. 6. num. 1. & sequitur Segur. de bonis lucrativis constante mari. num. 56. Palac. Rub. in Rep. c. per vestras in prin. §. 43. numero secundo. Pinel. in l. 1. C. de bon. mater. 3. p. a num. 12. Quæfada. quæst. iuris cap. 14. num. 18. & D. Sahagun. dicens, receptionem, & frequentiore, in d. c. quanto; de iudic. a numero 18. & alij, quos isti referunt, dicentes communem, & videtur approbari l. regia. 7. tit. 11. part. 4. ibi, cum todo esso deuefer el marido fennor. Quæ sententia de iure communi probatur. 1. ex l. dotale prædium verfic. dotale prædium. ff. de fundo dotali, quæ ait, dotale prædium sic accipimus cum dominium marito quæsitum est 2. ex l. quamuis in fin. ibi, quamuis apud maritum dominium sit. ff. de iure dotium, 3. ex l. si prædium C. eo. ibi, rei tibi quæsitæ dominium. 4. ex prin. inst. quibus alienare licet vel non §. probatur ex vult. l. doce ancillam. C. de rei vend. ex l. ob res amotas. ff. de rei. amot. iuncto prin. tex. in §. omnium inst. de actio. & l. officium. & l. in rem, ff. de rei vendic. Sed ista duo iura nihil faciunt secundum Pinel §. numero. 14. & Ioan. Garc. de expensis & meliorat. c. 13. nu. 7. quia ibi, non tam conceditur dominium viro, quam ius, & facultas agendi, & exercitium actionum, turpe enim videretur vxorem causam agere, marito tacente, at secundum Barbof. in l. dotale numero. 1. ff. soluto matrimo. bene facit, d. l. doce ancillam, mulieri suo nomine non cõpetit vendicatio, & sic nec dominium, & maritus vendicat suo nomine sine consensu vxoris, licet Costanus de dotibus, c. 5. n. 3. dicat ibi, marito non dari vendicationem, sed tantum negari vxori.

Sexto probatur ex l. dotis fructus §. si in & dotem ff. de iure dotium, ibi, Funt autem res mariti. Septimo idè probatur, quia si vxor res dotales amoueat, fur-

St 4

Octavo notandum & est, fœminam quoque acquirere, & habere ius patronatus, & presentandi, c. fin. de concess. preben. c. ex literis, de iure patron. ybi Abb. & alij Calder. cons. 1. de iure patr. Rochus verb. competens q. 1. Lamb. 1. p. li. 1. c. 7. art. 2. ex n. 30. Corraf. 4. part. cap. ult. num. 15. & Castad. decis. 1. de iure patro.

tum, quod in rebus propriis non contrahitur, l. 1. ff. de furtis, §. furtum, in si. de obligat. que ex delicto. eo casu in rebus dotalibus ab vxore contrahitur. d. l. ob res amotas, bi, quam conditio, iuncta l. fin. ff. de usufruct. quemadmodum, caueat, & §. sic itaque, de actio. Licet contra eam non detur actio furti infamatoria ob honorem matrim. l. 2. rerum amotarum, ergo dominium rei dotalis est apud maritum, non apud vxorem.

¹⁵³ Octavo idem probatur, quia vir potest iubere seruis dotalibus adire, vel repudiare hereditatem eis delatam, l. seruis dotalis, ff. soluto matrim. at hoc proprium videtur tantum domini. l. si quis mihi bona, §. iussu, ff. de acquir. hered. §. alienus quoque seruus, ibi, iussu domini, de hered. instituen. ergo vir est dominus rei dotalis. Facit etiam tex. in l. 3. C. de iure dotium, & in l. dotalium cum finit. digestus soluto matrim. iuncta l. si non proprietatem, C. de his qui à non domino.

¹⁵⁴ Nono probatur, quia traditione verum dominium transferatur. l. iraditionibus, C. de pactis, §. per traditionem, de rerum diuisione, at res dotalis constituitur non aliter quam traditione l. de diuisione §. finali ff. soluto matrimonio. Ergo rei dotalis verum dominium in maritum transferatur, confirmatur, quia, quibus casibus traditio à non domino facta vsucapiendi facultatem parit, eisdem à domino facta verum & naturale dominium in accipientem transfert. l. clauibus, C. de contrahenda emptio, l. Poponius, §. si iussu, ff. de acquir. poss. at in causa dotis traditio ab vxore non domina facta, vsucapiendi facultatem parit. l. 1. ff. de vsucap. pro dote, & d. l. Ponponius, §. ob dotem, ergo traditio ab vxore domina facta in causa dotis marito dominium pariet.

¹⁵⁵ Decimo probatur, quia maritus est dominus vxoris, Gen. cap. 3. ibi. Sub viri potestate erit, & ipse dominabitur tui. Ergo & rerum dotalium, consequenter probatur, quia persona est prestantior, & dignior rebus. l. iustissime, ff. de adul. edicto ergo si personæ est dominus vir, à fortiori erit rerum. Sed hoc parum facit, quia iste locus prærogatiuam, & superioritatem virorum in vxores ostendit, non tamen verum dominium, sicut liberi dicuntur esse in potestate patris, alias vxor esset setua. Et istud argu. esset verum, non solum rerum dotalium, sed etiam omnium aliarum rerum vxoris maritus esset dominus, quod est falsum.

¹⁵⁶ Cæterum contra hanc receptissimam sententiam plura obstant, quibus probari videtur vxorem esse dominam rei dotalis, non vero maritum & 1. tex. in l. 3. §. sed virum, in fin. ibi, Puto restituendam, quoniam dos ipsius filie proprium patrimonium est ff. de minor. 2. l. si constante §. si maritus, ff. soluto matrim. ibi, tamen sentit que in propriis culpanda est, in alienis coercenda est, hoc est in dotalibus. Vbi serui dotalis alieni dicuntur respectu viri, ergo sunt vxoris 3. l. diuortio, §. si fundum, vers. non magis, ff. soluto matrim. vbi probatur, thesaurum inuentum à marito in fundo dotali, in fructu non computari, sed proprie dimidiū restituendum vxori, quasi in alieno inuentum, sic enim inuentorem thesauri in fundo alieno, cum domino partiri statutum est l. 1. C. de thesauris, li. 10. & §. thesauros, de rerum diuisione. 4. l. quamuis, ff. de iure dotium, ibi, Quamuis in bonis mariti dos sit, mulieris tamen est §. quia mulier quæ intercedere prohibetur, nisi in rem suam. l. 1. ff. ad Velleianum, ad intercedendum admittitur, si fundus dotalis à marito petatur, quia in rem suam fide iubes, vt ait Iurisc.

in l. de die, §. quidam ff. qui satis dare cogantur. Sexto, quia marito non licet abuti, profundere, vel alienare res dotalis l. 1. cum seq. ff. de fundo dotali, leg. vnic. §. cum lex, de rei vxoria actio. Ergo maritus non est dominus ad l. in re mandata. C. mandati. Septimo, quia vxor potest donare seruos dotalis viro vt manumittat, dict. l. si constante, §. si vir, & leg. quod si vir, soluto matrimonio, iuncta leg. quod autem, §. finali, ff. de donatio. inter virum, ergo ipsa videtur domina argu. §. si itaque discretis, de actio. Octavo, quia partus dotalium ancillarum, & quæ serui dotalis acquisierunt, non ex re mariti, ad vxorem pertinent ad l. vnic. §. cumque ex stipulatu, vers. itaque C. de rei vxoria actio. Ergo quia soluto matrimonio vxor statim habet rei vendicationem rerum dotalium. d. l. in rebus, & C. de iure dotium, Ergo ipsa est earum domina, etiam constante matrim. nam si vxor non esset domina constante matrim. rei vendicatio, quæ domino competit l. §. omnium de actio. cum finit. non erat ei competitura soluto matrim. nec enim dominium in eam transiret soluto matrimo. absque traditione ex reg. d. l. traditionibus, C. de pactis. Decimo & vltimo cõtra d. cõmunem maxime facit d. l. in rebus, ibi, Cum eadem res & ab initio vxoris fuerint, & naturaliter in eius permanserint dominio, & inferius ibi, vt siue ex naturali iure eiusdem mulieris esse intelligantur.

Propter has difficultates est secunda sententia Campeij de dotibus, 4. p. qu. 7. & Constantij Rogeri eod. tract. 9. 13. qui rem hanc satis inuolentes dicunt, nec vxorem, nec virum esse proprie dotalium dominos, sed virum quo ad aliqua haberi loco domini, & vxorem quoad alia.

Sed hæc sententia conuincitur, quia non apparet probabile, nec virum, nec vxorem esse dominos rerum dotalium, alias apud quem est earum dominium.

Tertia sententia est nouiorum qui docent, verum & naturale dominium rerum dotalium apud vxorem manere, d. l. in rebus cum aliis, secundum vero iuris subtilitatem, & figmentum res dotalis ad dominium viri peruenisse videri, & sic dotalium ciuile dominium viri esse, iuxta d. l. doce ancillam d. l. si prædium, cum aliis pro communi adductis, & hoc esse aiunt, quod docet Imperator in d. l. in rebus, ibi, Cum eadem res, & ab initio vxoris fuerint, & naturaliter in eius permanserint dominio, non enim quod legum subtilitate transiens earum in patrimonium viri videtur fieri, ideo rei veritas deleta, vel confusa est, &c. Ita Aufer. ad Capellam Tolosanam decis. 279. Lamber. de iure patron. 3. part. 1. lib. 9. §. art. 8. num. 50. & 3. par. 2. lib. quæst. 6. art. 3. num. 7. & 8. & in fin. Ioan. Nico. Delphinus eod. tract. lib. 2. quæst. 11. à num. 183. Corral. d. 4. part. cap. vltim. num. 6. & in l. naturaliter, §. nihil commune ex num. 33. ff. de acquir. poss. & lib. 5. Miscell. cap. 14. Conanus lib. 8. comment. cap. 9. Equitarius Bart. in §. 1. instit. quibus alienare licet. Costanus de dotibus, cap. 5. num. 3. & 4. Lara in l. si quis à liberis, §. si quis ex his ex num. 249. Simancas de Catholicis instit. tit. 9. num. 242. Molina de Hispanorum primog. lib. 1. cap. 23. num. 6. Spino de restam. glos. decima, numero septuagesimo sexto, & alij relati per Pinel. supra numero decimotertio ad fin. & per Ioan. Garciam dict. capit. decimotertio numero sexto & per Barbofam supra numero. 2. Et nouissime Zauallus tanquam nouum tradens quæst. 3. à nu. 47. Ioan. Gutier. de iure, 3. par. ca. 26. m. 16. & Castillo qui illud fictum viri dominium non vult esse, nec dici ciuile, &c. de usufructu.

Et capite quarto a numero trigesimo. Et hanc sententiam tenuit Mart. Glossator antiquus relatus per
150 Accur. in d.l. in rebus, & Paulus in d.l. doce. n. 2. T. quā accipit Io. Garcia sup. nu. 8. in bonis, quā ipsa mulier habebat, antequam nuberet, cum enim in dotem tradiderit ipsa, ita tamen ut aleretur, necessariaque omnia sibi praeferantur, in illa traditione, tam sibi consuluit, quam viro, neque omnino bona illa ab se abdicaui, quā omnino aliena minime esse voluit, & sic eorum est vere & naturaliter domina, maritus vero fidei, & ciuilitate ad effectus iure expressos, & id ait probare tex. in d.l. in rebus. in illis verbis, cum eadem res & ab initio uxoris fuerint, ad vero si pater, frater, aliusue, dotem constituat, & tradat, cum vxor à principio dominum eorum numquam habuerit, nullum dominum retinet, neque naturale, quia per traditionem quā facta est viro, eius vere sunt d.l. in traditionibus, & hoc casu ait procedere communem sententiam, & soluto matrimonio traditionem necessariam esse ut mulier habeat dominum, & vendicationem dotalium, neque hoc casu loqui d.l. in rebus.

161 Nouissime Barbosa in d.l. dotalium ex numero 7. T. & praeipue num. 9. concordat sic opiniones, quod ubi traduntur bona ex causa dotis, non videntur tradi ea mente, ut dominium quo ad omnes effectus transeat in maritum, sed tantum quo ad ius administrandi, & recipiendi fructus pro oneribus, & ideo non transfertur dominium naturale in maritum, scilicet quoad omnes effectus. ut aduertit Laras, supra n. 253. Et ante eum D. Thom. in 4. distinct. 34. q. 4. in respons. ad 1. quæstio. in quibus, quod dos assignatur marito ad vsum, & ius administrandi, proprietates autem, & dominium, remanet penes vxorem quod intelligendum est, attento iure naturali: nam ius ciuile nihilominus constituit, quod maritus quo ad omnes effectus habetur pro domino non vero, & quod dominium quod attento fine naturali videbatur esse vxoris, in nulla haberetur consideratione, nisi quo ad aliquos effectus qui in iure reperiuntur expressi d.l. in rebus quā dum dicit propter illam constitutionem ciuilem, rei veritatem non esse, constitutione ciuili aliquos casus reperiiri, in quibus ius ciuile adhuc vxorem considerat per dominum, scilicet attento iure naturali, ut constat ex l. diuortio. §. si fundum. ff. soluto matrimonio. l. per unum de iure dotalium. l. si praetore 22. §. 1. de encl. Cui similis est, l. quantum 78. de iure dotalium, & ex l. sciendum. §. si fundum, qui satis dare cogantur. Iuxta quā dicendum est, attento iure ciuili verum & proprium dominum esse mariti, dominium autem naturale, quod videbatur manere penes vxorem, offuscatum esse iure ciuili, & in nulla esse consideratione, nisi quo ad aliquos effectus supra relatos, Iustinian. autem in d.l. in rebus, auferendo offuscationem iuris ciuilis voluit, quod post solutum matrimonium, hodie consideretur dominium quod iure naturali mulier videbatur habere, & sic hodie dominium magis videatur continuatum, quam retranslatum, licet secus esset iure antiquo, ante quam esset sublata dicta offuscatio. hæc Barbosa, quem refert & impugnat Castello d.l. cap. quarto, n. 24.

162 In hac difficili & controuersa quæst. ut T. quid sentiam aperiā, dico l. eam procedere circa res dotalis non æstimatas, vel æstimatas ea æstimatio- ne, quæ non facit emptionem, nempe quando fit tantum, ut cognoscatur, an res postea reddantur deteriorata, &c. nam circa res æstimatas simpliciter cer-

tum est virum esse proprie, & vere, & absolute, & perfecte dominum earum. l. cum post. versiculo in d. ten. ff. de iure dotalium. l. quoties. C. eod. Roland. conf. 64. n. 6. & seg. vol. 4. & Pinelus supra num. 15. & Castillo, à n. 7. & alij.

Et ratio est, quia ista æstimatio facit T. emptionem 163 ut per Couarru. prael. cap. 28. Anton. Gomez in l. 50. Tauri. num. 44. Pinel. in l. 2. C. de rescind. l. p. cap. 1. nu. 18. & Ioan. Gutierrez conf. 17. à num. 20. & Castillo, ibi.

Dico secundo longe veriore, T. & tenendam mi- 164 hi videri primam sententiam communem, quod vir sit vere, & proprie, dominus rerum dotalium, ex ad- ductis pro ea, non obstantibus contra eam adductis, quia in d.l. in rebus. verb. naturali, ibi, item & quia Suarez & in d.l. diuortio. T. §. si fundum verb. in d.l. si constante, §. si maritus verb. in alienis. ff. solut. matrimo- nio, ad plura iura quæ videntur probare res dotalis esse vxoris, respondet intelligenda esse quo ad spem, ob restitutionem faciendam soluto matrimonio, & ita respondetur ad 1. 2. 3. 4. & 5. & est solutio com- munis, ut patet ex doctoribus citatis. Ad 6. responde- tur quod licet T. maritus non possit alienare, non id- eo minus vere & proprie dominus est. l. non ideo. C. de rei vendicatione. l. generaliter. §. 1. ff. qui & à quibus. quia definitio dominij adhuc ei competit, est enim dominium ius disponendi de re, nisi lege prohibea- tur quam definitionem tradit Bart. communiter re- ceptus in l. si quis vi. §. differentia. num. 4. ff. de acquir. possessione de qua videndus est Pinel. in l. 1. C. de bonis maternis 2. p. à n. 1.

Quod comprobatur T. exemplo pupilli, & mino- 165 ris, & similibus, & etiam possessoris maioratus, qui licet alienare non possit, dominus tamen est vere, & proprie, ut contra Rode. Suarez, & Gomez de Arias tenent Greg. Lopez in l. 7. tit. 4. p. 3. verbo el seniorio. Ant. Gom. in l. 40. Tauri. n. 75. Pinel. d. 2. p. num. 5. & Molina de Hispanorum primog. lib. 1. cap. 19. numer. 4. qui plures referunt & alia iura adducunt ad propo- situm conducentia, & quod non possit alienare tan- tum arguit, quod non sit liber & absolute, & perfe- cte dominus, deficit enim ei quædam accidentalis perfectio, nempe facultas alienandi, quam alij do- mini habent regulariter, sed cum non sit de essen- tia, non definit esse vere, & proprie dominus: quem admodum infans, qui non habet vsum rationis, non est perfecte homo, est tamen vere & proprie ho- mo, &c.

Ad septimum T. respondetur, quod maritus recte 166 potest manumittere seruos dotalis absque donatio- ne vxoris, d.l. 3. C. de iure dotalium, & d.l. dotalium. ff. so- luto matrimonio, donatio vero seu licentia vxoris ad hoc requiritur, ut id quod vir ex liberto affecutus fuerit tanquam patronus non teneatur restituere vxori, nisi negotium vxoris gerens manumiserit d. §. si vir. & d.l. quod si vir cum duabus sequentibus, & hoc est quod intendit Io. in d.l. quod si vir, & d. §. si vir, dum ait, vxorem donare posse seruos dotalis viro, ut manumittantur. Consensus etiam vxoris ad id vi- detur proficere, quod si sine consensu vxoris vir T. manumittit, requiritur quod sit soluendo æstimatio- nem, l. seruum dotalium. ff. de manumissio. l. 1. C. de seruo pignori dato, at si cum licentia manumittat id non re- quiritur, ut in d. legibus. Quia libertatis causa, valet indistincte donatio inter coniuges, d.l. quod autem, §. fin. de donatio. inter virum, & l. 6. ff. soluto ma- trim.

Ad octauum respondetur, quod partus T. dota- 167

lium ancillarum, & alia quæ in fructu non computantur, s. in pecudum, de rerum diuisione, cōstante matrimonio sunt viri, quia fiunt dotales, dissoluto vtro matrimonio restituntur vxori, quemadmodum & alia dotalia, & hoc est quod intendit d. vers. i. aque.

Ad nonum ¶ respondetur, quod id est speciale, nempe, vt dissoluto matrimonio statim vxor habeat rei vendicationem, & hoc est noue inductum in d. l. in rebus vt est communis teste Nouello s. & sic facit pro communi sententia vt recte aduertit Pinell. d. l. 1. 3. par. n. 14.

Ad decimum & vltimum, ex d. l. in rebus, tñ qua sententia nouiorum præcipue fundatur, dico etiam in eorum sententia istam l. magnam pati difficultatem, quia loquitur etiam in rebus dotalibus æstimatione, etiam æstimatione quæ facit emptionem, vt patet ibi, siue æstimata, iuncta glo. ibi verb. æstimata, communiter approbata, quam post alios sequuntur Ant. Gomez in l. 50. Tauri. nu. 44. Couarr. pract. cap. 28. num. 8. Pinell. d. l. 1. 3. par. nu. 15. & Barbosa in l. 1. ff. soluto matrimo. 5 par. num. 3. & Zauallus d. questione 3. a num. 24. Quam vt diximus certum est maritum esse vere & absolute dominum, vnde video d. l. in rebus, non ita facere, nec vrgere pro sententia nouiorum, & confirmor in sententia communis, & ad illam resp. Quod res dotales naturaliter in vxoris permanent ¶ dominio, & ex naturali iure eiusdem esse intelliguntur, facto communis & promiscui vsus attento, seu quo ad sustentationem, & promiscuum vsus, & sic quo ad vestigia, & reliquias dominij, & de iure naturali primæuo quo non distinguebantur dominia, nisi quo ad vsus vt respondet glo. ibi. verb. rei veritas, & verb. naturali iure, & Baldus, nu. 6. & Quésada. s. facit l. 1. §. si vir. ff. ad Sil. lantianum.

Vel certe dic iuxta superiora, ¶ quod res dotales & ab initio vxoris fuerūt, & naturaliter in eius permanent dominio quo ad spem quia ad eam sunt reuerfura, & inquit tex naturaliter, quia natura petit vt res dotalis reuertatur ad eam à qua profecta est, qui intellectus confirmatur ex illis verbis, vt siue ex naturali iure eiusdem mulieris res esse intelligantur, verbum enim intelligitur, denotat improprietatem, l. si ubi homo s. cum seruus ff. de legatis 1. cap. ex studijs, de præsump. & sic quod res dotales non remanēt vere & proprie in dominio vxoris, sed tantum quo ad spem.

Confirmantur prædicta quia ¶ secundum omnes, vno excepto Io. Garcia vbi supra. decis. tex. in d. l. in rebus, disponens quod mulier soluto matrimo. statim habeat rei vendicationem dotalium, procedit, tam in bonis quæ parentes aut alij in dotem dederunt viro, quam in bonis quæ mulier ipsa viro in dotem tradit, & patet, quia alias nunquam fere procederet decis. illius l. cum sape sapius parentes, aut alij, dotes constituent, quod cum ita sit verba illa, cum eadem res & ab initio vxoris fuerint, intelligenda sunt saltem quo ad sustentationem, seu spem iuxta supradicta, atque adeo eadē ratione illa verba statim sequentia, & naturaliter in eius permanserint dominio, sunt etiam intelligenda quoad sustentationem seu spem.

Sed adhuc obstant verba d. l. ibi, ¶ Non enim quod legum subtilitate transiit earum in patrimonium viri videatur fieri, id eo rei veritas delata atque confusa est, & ibi siue secundum legum subtilitatem ad mariti substantiam peruenisse videantur. Ex quibus verbis probari videtur, mariti non esse vere dominum rerum

sed de legum subtilitate, & sicte, quod confirmat verbum, videatur & verbum, videantur, quod fictiōnem denotare videtur.

Sed resp. quod cum dominium ¶ dotalium in maritum transiit de legum subtilitate, videtur irreuocabiliter, & in perpetuum, ac absolute transiisse, quæ apparentia non facit vt rei veritas, nempe quod illa bona, & ab initio vxoris fuerint, & naturaliter in eius permanserint dominio, saltem quo ad sustentationem, seu spem, propter regressum, coniūta atque deleta sit, & hæc quo ad quæstio. incidentem de dominio rerum dotalium.

Ex cuius quæst. resolutione resultat resolutio nostræ quæst. de iure patronatus, ¶ consistente in bonis in dotem datis, & dicendum est, quod cum dominium rerum dotalium vere in maritum transeat & apud eum sit, vt late dictum est cum communi, consequenter etiam ius patronatus illis annexū ad maritum transibit ex cap. cum seculum de iure patron. & quæ diximus supra a n. 10. atque adeo ad solum maritum spectabit præsentare, & non ad vxorem, vt recte docet Rochus verb. ipse vel is, qua. 28. Palacios Rubios in rep. d. cap. per vestras, in prin. d. s. 43. n. 1. & 9. Rebuf. de nominatio. quæst. 17. n. 56. alias 23. Tiraq. post leges connub. gloss. vltim. a num. 5 additio Decij in l. femina, num. 47. ff. de reg. iuris, Bacca de non melior. filius ratione dōis, cap. 26. nu. 1. & de decima tuturi præstan. cap. 23. num. 18. 19. 30. & 33. Gratian. regul. 26. num. 11. Spino gloss. a numero 112. Ioan. Gutierrez de tutel. 3. par. cap. 29. numero tertio, & recte etiam Doct. Sahagun. in d. cap. quanto de iudicijs, ex numero 12. ad 15.

Quamuis contrarium, ¶ nempe præsentationem in proposita quæst. spectare ad vxorem, & non ad maritum, nec ad eum transire ius patronatus, teneat Imola & Butrius in cap. sin. de concess. preben. quia talis fructus non confert ad onera matrimo. nec est proportionabilis ad illorum sustentationem, ideo non transit in maritum, sicut nec in creditorem pignoris, quia non est compenfabilis, cap. cum Bertholdus, de re iudicata, sequitur Felin. in cap. cum olim, num. 2. de maioriute & obedien. & in d. c. cum Berthol. nu. 29. & Iaf. in l. duortio. §. si vir, numero 7. ff. soluto matrimo. Guil. Benedic. in rep. c. Rainutius, verb. cetera bona, n. 27. & q. de thesauraria. a n. 6. & Gratian. sibi contrarius reg. 34. n. 7.

Quæ tamen ratio non obest, ¶ nam cum maritus sit dominus rerum dotalium, debent ad eum pertinere non solum fructus, qui commoditate æstimabilem afferunt ad onera matrimonij sustentant. sed & qui eam non afferunt. Item hic non consideratur ius patronatus, ¶ & præsentandi de per se, sed transit accessorie cum bonis in dotem datis, ex d. c. ex literis, quod solum considerat, quod cum vniuersitate transit ius patronatus, & præsentandi, vt aduertit Felin. d. n. 29. & Rochus (supr. & Lamber. 2. par. 1. lib. quæst. 10. art. 2. numero decimo consideratione octaua.

Vade etiam conuincitur sententia Rotæ, ¶ seu potius collectoris decis. 10. de iure patron. alias 422. in nouis, dicentis maritum tunc posse præsentare, tamen si maritus, & vxor concurrent præsentando, præferendum esse præsentatum ab vxore, quam sequuntur Abb. in d. cap. sin. num. 8. & 9. Paulus de Citadinis, 6. par. art. 3. n. 70. Decius in d. l. femina n. 47. & alij relati per Lamber. 3. par. 2. lib. 9. art. 3. argu. eius quod de tutore & pupillo & præsentantibus tradit gloss. in c. ex eo de elect. in 6. verb. suffragium cōmuniter

muniter recepta teste Dd. Sahagun. *sup. nu. 15. & 22.* de quo infra a n. 186.

183 Cui argum. respon. ¶ disparere esse rationem in tutore, cum non habeat dominium sicut maritus, sed solum administrationem, vt per Sahagun. *d. nu. 22.* & illam non esse decisionem Rotæ, sed opinionem collectoris dictum est in illa Alexanen. beneficij supra relata n. 21.

183 Quinimo prædicta resolutio in hac quæst. ¶ videtur tenenda, etiam in sententia nouiorum circa præcedentem quæst. vt tenet Molina. *d. lib. 1. cap. 24. nu. 3.* & videtur Costanus. *d. cap. 5. nu. 4.* qui tenent illam sententiam. Quamuis in ea Corraf. *d. n. 16.* & Io. Nicol. *d. lib. 2. quæst. 11.* teneant prædictam sententiam Rotæ, seu Collectoris de qua numero 181. Nam quando solum dominium ciuile rerum dotialium esset apud maritum, vt nouiores prætendunt, illud ad omnes effectus præter exceptos in iure, sufficeret, cum de iure ciuili absolute censeatur dominus, vt inquit Barbosa *sup.* & sentiunt Lara, Molina, Costanus & alij. Quamuis Ioann. Garcia vbi *sup.* & Spino. *d. gloss. 10. numero 76.* & *seq.* dicant illud fictum & ciuile dominium mariti esse ad effectus dumtaxat iure expressos, nec ad alios non expressos extendi, & facit. nā in proposito sufficit dominium vtile, vt in *d. c. ex lueris.*

184 Nec in hac re procedit recte, ¶ & consequenter Lamber. qui *d. 2. par. 1. lib. quæst. 10. art. 2.* tenet dicēs communem, & magis communem, ius patronatus in maritum transire cum vniuersitate in dotem data, & sic posse præsentare, & in *d. 3. par. 2. lib. 9. articulo 3. nu. 8.* vbi id repetit, dicit videri etiam posse vxorem præsentare cum habeat veram proprietatem dotiū &c. & in fine dicit, esse locum præuentioni inter virum & vxorem, vt qui primo præsentauerit, illius præsentatio admittatur, ex quo vterque habetur ius præsentandi, vt per Doctores præsupponitur, & vno præsentante, alium non posse se impedire, etiam in variatione, in dubio tamen præualere præsentationem vxoris, iuxta communem, cum illa sit magis proprietaria in quo, vt dixi, non procedit consequenter Lamber. Nam si ius patronatus, & præsentandi, in maritum transit, cum vniuersitate in dotem data, ad eum solum deberet pertinere præsentatio, & non ad vxorem, &c.

185 Aduertendum est autem, supradicta procedere quando ¶ ius patronatus est annexum bonis in dotem datis, quando vero est annexum alijs bonis ipsius vxoris, aut ei competit ratione maioratus, aut successionis, tanquam hæredi, vel consanguineæ fundatoris, ad ipsam pertinet præsentare, nec maritus poterit se intromittere, nisi ex vrbantitate maritum simul præsentare patiat, Palacios Rubios *dict. 9. 43. numero 10.* Burgos de Paz in *proximo legum tauri, nu. 5.* Molina. *d. lib. 1. c. 24. nu. 2.* & sequen. Baeza. *d. 6. 23. n. 18.* Ioan. Gutierrez. *d. c. 29. nu. 4.* & D. Sahagun in *d. cap. quanto, nu. 26.* quicquid velit Lamber. *d. articulo 3. numero 9.* æquiparans tunc maritum tutori, &c.

186 Similis quæst. est de pupillo patrono, ¶ eiusque tutore, in qua dicendum est præsentatum à pupillo maiori septennio, præferri præsentato per tutorem, etiam si præsentatus à pupillo esset minus dignus, ex eo quod pupillus est dominus istius iuris patronatus, & sic ad eum spectat præsentatio, *cap. decernimus 16. quæst. septima,* & tutor non administrat spiritalia, vt per gloss. in *cap. ex eo de elect. in 6. verb. suffragium* in fin. & Domin. *ibi numero octauo,* cum Paulo de Elea-

zaro, & sequitur Francus *ibidem numero tertio*, Rota decisio. sexia, de iure patron. in antiquis, Rochus *verb. competens, quæstio. quarta, numero 13.* Paulinus de officio, & potestate capituli sede vacante, 5. quæstio. 2. part. sub numero 5. Rebuff. de nominatio. quæst. 17. numero 51. & 52. alias numero 20. & Robin. de benefic. *cap. 1. nu. 37.* & 38. qui tamen dicunt, quod expedit & esset honestum, quod pupillus præsentet tutore authore. Et hæc sententia est recepta, & communiter approbata, secundum Io. Nicol. Delphin. *d. lib. 2. de iure patr. 9. 10. n. 181.* & Doct. Sahagun. in *d. c. quanto de indic. n. 15. & 22.*

Quamuis Ioan. Andr. in *d. cap. ex eo*, dicat, ¶ præferendum esse præsentatum à pupillis si est magis idoneus, quem sequitur Abbas in *cap. fin. de concess. preben. nu. 9.* & Paulus de citadinis. 6. part. articulo 3. quæst. 40. & 7. part. quæst. 13. cum Tancredo, & Barthol. Buxien. in quæst. sua Dominicali 77. quod præferatur præsentatus à pupillo, si saltem sit æque idoneus.

Et quamuis ¶ Ioann. Nicolaus. *d. quæst. 10. nu. 182.* teneat contra communem, nempe pupillum, etiam maiorem septennio, non posse præsentare, quia pupillus curam habere non potest idoneum præsentandi Episcopo, cum discretionem careat, & pupillus quicquid videt ignoret, &c. & ex *dict. cap. ex eo.* Nisi pupillus esset talis discretionis, & tantæ malitiæ, vt discernere posset album à nigro, & bonum à malo, nam tunc à comuni Dd. opinione ait non esse recedendum, tanquam tutori, & Corraf. *dict. 4. par. cap. ultim. numer. 17.* inquit, hunc casum, & communem sententiam, propter lubricum ætatis pupilli dubitabiliorem sibi videri, qua propter in eo amplius de liberandum.

Sed communis sententia ¶ videtur tenenda (omissa distin. Lamber. 3. par. 2. quæst. 6. art. 1. qui aliter in hac quæst. procedit) quæ supponit pupillum maiorem septennio, habere vsum rationis, & sic posse præsentare, sicut potest contrahere sponsalia de futuro, vt in tit. de desponsatione impuberum, Lapsus allegatus 8. nu. 2. & ibi Mandos. dicens communem lit. H. poterat ad Beneficium assumi, vt in *cap. si eo tempore, de rescrip. in 6.* Quamuis secus sit ¶ in electione competente iure collegij, vt in *dict. cap. ex eo*, atque etiam in præsentatione competente iure collegij, & non iure proprio & singulari, eadem ratione.

Quinimo ex ratione ¶ communis sententiæ videtur batur in rigore, tutorem nullo modo posse præsentare, nisi de voluntate & consensu ipsius pupilli, maioris septennio, saltem tacito.

Vt quia sciens tutorem præsentasse, non contradi- xisset, nec præsentasset alium infra tempus datum ad præsentandum, ad tradita per Lamber. 1. par. secundo lib. quæstio. quarta artic. 17. & per Mohed. decisio. 22. de preben. & per gloss. *verb. protinus in cap. cum olim 1. de officio deleg. & ibi Abb. numero octauo.* Felin. 7. & in *cap. 1. numero 12. vt lite non contest.* Pinel. in l. 2. C. de rescind. vendit. 2. par. cap. primo, numero 18. & Matienço in l. 1. tit. 11. lib. 5. recopil. gloss. 8. numero 14. Oporteret tamen constare ordinario, de tali scientia pupilli, infra tempus datum ad præsentandum. Vel nisi ¶ pupillus sit infans nondum habens septem annos, qui præsentare non potest, præsentabit ergo isto casu eius tutor, Rochus supra quæstione tertia, numero duodecimo, Lambert. 1. par. 2. lib. quæst. 2. artic. 9. & 10. ex quo ius patronatus est patrimoniale vt per Lamber. *ibi.*

194. Nihilominus, et etiam si pupillus sit maior septennio videtur æqua communis opinio, quæ supponit posse absolute tutorem præsentare, & eius præsentationem valere, nisi pupillus ante institutionem aliud præsentet, cum tutor habeat potestatem in persona & bonis pupilli. Et id quod prius dixi, procedet in curatore puberis minoris 25. annis. Qui principaliter datur bonis, glossa in §. penultim. instit. qui testam. tutores dari possunt, verb. persona, & Io. Gutierrez de tutelis, 1. par. cap. 1. num. 37. ad c. fin. de iudic. in 6. & ibi Dd. Nam in talib. vt publici iuris non attenditur curatoris potestas, nec minor ætas, Anchar. consil. 355. ad tertium, & Butrius consil. 30. Probus ad Monach. in d. cap. §. numero septimo, post Lapum allegatione 25. alias 26. numero 1. ad fin. Nec patris potestas, Francus in d. cap. fin. §. in huiusmodi, §. numero 3. dicens, quod in beneficialibus, & spiritualibus, & dependentibus ab eisdem spectantibus ad filium, pater nullo modo se intromittit, & nihil iuris habet, & administratio residet penes filium, & c. Nauar. consil. 2. de sepult. nu. 30. Et quod quando filius familias est patronus, præsentatio spectet ad ipsum filium, & non ad patrem, quia in spiritualibus vel quasi, non curatur de patria potestate, docet Rochus verb. competent, quest. 13. & sequitur Lamber. 1. par. 2. lib. 2. art. 7. & cum Ferronio Bæga, d. c. 23. de decima tutori præstand. n. 30. & Ioan. Gutierrez de tutelis, 3. par. cap. 29. numero 14. Quamuis aliqui dubitauerint, & cogitandum reliquerit Beroius in cap. 1. de iure patronat. n. 58.
199. Vnde quando ius patronatus spectat ad puerum minorem 25. annis, vel filium familias, non potest præsentare curator, vel pater, nec eorum præsentatio valebit, quamuis aliquando id non soleat aduerti.
200. Et quod dicunt Bæga d. tract. de decima tutori præstand. c. 20. num. 17. & Ioan. Gutierrez d. 3. par. cap. 7. n. 8. quod curator datus personæ, possit conferre beneficia, vel ad ea præsentare, procedet in tutore, iuxta dicta, vel in curatore furiosi, & alias est falsum ex dictis.
201. Nec potest pater præsentare pro filio, et tanquam pater & coniuncta persona, etiam cum cautione de rato, nec alia coniuncta persona: Tum quia ad præsentandum, requiritur et speciale mandatum Doct. in cap. fin. de concess. præbendæ, Lamber. 1. par. libro 2. questio. 4. art. 17. numero quarto, & sic intrat reg. l. patri. ff. de minor. de qua Couarru. lib. primo variar. cap. 8. numero 5. Caldas Pereira in l. si curatorem habens, c. de in integrum restitutione, verb. implorandum, numero 8. & 9. Maxime cum simus in actu extraiudiciali.
203. Tum etiam quia in causa spirituali, et qualis est ista, pater vel alia coniuncta persona non admittitur sine mandato, etiam cum cautione. Specul. prima par. titul. de coniuncta persona, numero sexto, Abb. in capit. nonnulli. §. sumi & alij. numero secundo de rescrip. & in c. coram, numer. 7. de offic. deleg. & in cap. cum pridem, numero 7. de pæssis, las. in l. exigendi. c. de procurator. numero 9. §. limitatione quicquid velit Lambert. dist. art. 17.
204. Si tamen admitteretur et præsentatio patris pro filio, vel alterius coniunctæ personæ, ita demum valeret, si ratificatio fieret infra tempus datum ad præsentandum, à tempore ratificationis, non alias Rochus verb. honorificum, questione numero vigesimo-sexto.
225. Nec sufficeret quod infra dictum tempus et non fiat præsentatio, seu contradictio patroni (vt inquit

Lamber. d. art. 17. & 2. par. 2. lib. 9. 1. ar. 21. quando fuit à coniuncto cum cautione de rato) nisi constet infra d. tempus de scientia illius, & hoc quando pater præsentauit, qui alias est legitimus administrator filij iuxta d. sup. n. 192. & ibi citatos.

Et circa materiam huius quæ an in Hispania, et vbi datur tutori decima fructuum pro labore, possit decimare ius præsentandi, seu præsentationes competentes pupillo, vide Bægam dist. cap. 23. à numero decimosexto, Ioan. Gutierrez d. 3. par. c. 29. & Accue-dum in curia Pisana, lib. 1. c. 12. n. 15. qui recte tenent non posse, siue ius patronatus competat ratione personæ, siue ratione rei, ex rationibus per eos adductis.

Nec obstat doctrina Rebus. et d. g. 17. de nominatio. à numero 53. alias 21. vbi docet quod stante consuetudine, quod tutor lucretur, & faciat fructus suos durante tutela, poterit præsentare, & non pupillus, quoniam diuersum est in fructuario omnium fructuum, ad quem transit ius præsentandi competens ratione rei, vt per citatos supra num. 22. de iure autem nostro, tutor non est fructuarius omnium fructuum, nec etiam partis, sed solum pro labore datur ei decima illorum, & ita solum est creditor illius decimæ, vt recte aduertit in proposito Bæga supra numero 27. & 28. & Ioan. Gutierrez sup. numero 10. 11. 12. & 16.

Nono notan. est ius patronatus aliud esse et Ecclesiasticum, aliud laicale, aliud mixtum, de quo late actum est sup. à numero 507. & sic patronos alios esse Ecclesiasticos, alios laicos: Alios Ecclesiasticos & laicos simul, inter quos sunt aliquæ differentię. Et vna est, quod patroni Ecclesiastici habent et semestre ad præsentandum, laici vero solum quadrimestre, capit. vnic. §. verum, de iure patro. in 6. & ibi Doct. Et quando sunt Ecclesiastici & laici et simul, omnes habent semestre, etiam laici ratione communionis glo. fin. in d. §. verum, & ibi Archidia. Domin. Francus & alij, Rochus verb. ius, num. 15. Lambert. 3. par. 2. lib. quest. 8. artic. 4. & quest. 9. articulo 9. Selua de benefic. 3. part. questione 11. numero 18. & Corral. 2. part. cap. 3. numero duodecimo, & alij. Et an istud tempus currat à die scientię, an à die vacationis agetur infra 10. part. cap. secundo.

Alia differentia est, et quod patroni laici possunt variare ante institutionem Episcopi, & alium successiue præsentare accumulando, quod non possunt facere patroni Ecclesiastici, c. quod autem cap. cum autem, & cap. Pastoralis, de iure patron. & ibi Doct. De quo late et Rochus, verb. honorificum. nona quest. cum sequen. Lambert. secunda par. 2. lib. questio. septima per totam, Gregor. Lopez in l. sexta tit. 15. pag. 1. Ioan. Gutierrez de iuram. confirm. 3. part. cap. decimotertio, Fuscus de visitatione lib. 2. cap. 10. num. 3. Spino de testam. gloss. 4. à numero 73. & Zuallos, questione 265. & 693.

Et in vna et Bononien. Parochialis 24. Nouembr. 1595. coram Domino Lita fuit resolutum, et quod patroni laici possunt in præsentatione variare, & alium præsentare cumulatiue, sed non possunt recedere à prima præsentatione sine causa, & c.

Quæ variatio, et patronis laicis semel tantum censetur permissa, & pro prima vice argumento l. bones. §. hoc sermone ff. de verborum significatione, & quia variatio est odiosa, & sic restringenda, & æquitas ita suadet ad vitandam infinitatem, & confusionem, ita Calder. consil. 16. de iure patron. & sequuntur Felin. in cap. omnes leges 1. dist. Rochus sup. 9. 10. Lambert. d. quest.

d. quest. 7. artic. 23. Gomezius in c. cum in multis, de rescriptis. 6. num. 35. Tiraquel. d. §. hoc sermone in reg. num. 25. Greg. Lopez d. l. 6. gloss. i. Nauarrus in capit. placuit de peniten. dist. 6. n. 167. & 171. Ioa. Gutierrez supra numero tertio, & Fuscus §. & Zuallos licet satis confuse & inuolute, & Aym. consil. 63. num. 5. Prob. ad Monach. c. cum in illis de preben. in 6. numero 18.

515 Quamuis pluries posse variare teneant & gloss. in Clemen. plures. §. fin. verb. plures & verb. presentare de iure patron. Decius in c. quanto, de iudic. a. nu. 31. cum Abb. ibi, & Beroius in d. c. quod autem, nu. 19. Spino §. n. 75. & alij.

Pro quibus non facit d. Clemen. plures §. si. nam debet intelligi, & quando plures simul presentantur, non successiue, vt dicit Calder. Rochus & alij supra. Et procedit etiam in patronis Ecclesiasticis, qui ex illo text. possunt facere presentationem alternatiuam, & plures simul presentare, vt vnum ex eis Episcopus instituat, vt tenent Cardin. cum Stephano, quem refert in d. §. fin. ante num. 1. & ibi Imola, & Bonif. num. 4. & 5. Caetan. in rep. cap. si. de elect. in 6. Berach. in rep. verb. presentatio vlti. vers. Rochus §. quasi. 9. n. 34. & Gregor. Lopez d. l. 6. gloss. penult. Quamuis contrarium teneant gloss. in d. §. fin. d. verb. presentare, quam ibi sequuntur Zenzel. & Abb. num. 4. Domin. in cap. 2. de elect. i. 6. sub num. 4. Felin. in c. 2. de appellat. num. 5. & in c. cum Berthol. de re iudic. n. 7. Selua 3. part. quasi. 20. num. 5. Lamber. 2. p. 2. lib. 9. 3. art. 8. & 9. & Prob. d. c. cum in illis, de preben. in 6. num. 17.

517 Non potest autem patronus licet variare & lite pendente, alias inter presentatos, Calder. consil. 1. vt lite pendente. & 18. de iure patron. Domin. & Francus n. 3. in cap. 1. vt lite pendente, in 6. Mill. in rep. verb. patronus etiam laicus lite pendente, Aymon. d. consil. 63. n. 3. Rochus d. verb. honorificum, quest. 23. Couarr. pract. ca. 36. num. 7. vers. 3. quandoque Crescen. decis. 10. de iure patron. & Lancellotus ibi, cap. 4. in prefat. a numero 560. seu 656. & est communis secundum Rochum, Couarr. & Lancellotum ibi, licet contra teneat cum alijs Lamber. 1. p. 2. lib. 9. quasi. 6. art. 12. Na quicquid ipse dicat capit. 1. vt lite pendente, in 6. habet locum in presentatione, vt per Ioan. Andr. Domin. Francum & alios ibi, Calde. supra Lapum allegat. 22. numero. 3. Gometium reg. de subrogan. colligant. quest. 6 & 13. Lancell. & alios citatos, Mandos. qui dicit communem ad Lapum, d. allegat. vigesima secunda lit. H. Rota decis. 442. num. 6. part. 1. diuers. & fuit resolutum in vna Zamoren. Beneficij de Morales 30. Maij 1586. coram D. Orano vbi fuit dictum, Quod lite inter presentatos, pendente, alteroque ex litigantibus defuncto, patrono non permittitur sine vitio attentatorum alium presentare indubitatum esse ex d. ca. 1. & c. Cum vero & litigatur cum eis, qui beneficia iam sunt adepti, & sic contra presentatum iam institutum, clarum est pendente lite non posse patronum alium presentare ex capite secundo lit. pendente, quod loquitur expresse de presentatione, ibi, presentetur. Lamber. supra Rota in Salamantina Capellaniz. 20. Nouemb. 1592. coram D. Pamphilio, infra adductis 6. par. cap. 4. num. 39. & 41. Vnde in vna Pamphilonen Parochialis de Edrarin de anno 1591. coram Do. Pamphilio fuit resolutum, Quod presentatio facta post rem iudicatam, pendente lite super restitutione in integrum non sustinetur, quia restitutio fuscitat litem, l. quod si minor. §. restitutio. de minor. & commissio restitutionis, in qua

fuit narratum fuisse paritum indicato, quia fuit signata prout de iure, dat. iurisdictionem etiam non verificata, quicquid sit quando adest clausula parito iudicatio. Nec obstat patronum esse in quasi possessione presentandi, & lite pendente posse quem continuare possessionem, quia adhuc presentatio facta est nulla ex c. 2. vt lite pendente, in 6. & c.

Et dispositio d. cap. 1. habet etiam locum in vacatione per mortem ciuilem, vt per resignationem vel affectationem alterius beneficij, secundum Archid. ibi. cuius opinio licet de ea dubitet Lancell. ca. 3. a num. 96. alias 103. est constanter tenenda, vt fuit decisum in vna Vallisoletana Scholasticz 17. Iunij 1602. coram D. Lancelloto, tradit Gonzalez gloss. 51. num. 112.

Ceterum prohibitio d. cap. 1. & 2. cessat & quando superstes colligas presentaretur, seu prouideretur ab Ordinario, quia tunc cessat ratio per d. c. 2. assignata, scilicet ne propter nouos aduersarios litigia prorogari contingat, secundum Rochum d. 9. 23. Couarr. s. Lancell. d. c. 3. n. 128. alias 135. & d. c. 4. in prefatione a n. 576. & 590. alias 672. & 688. Paris. consil. 30. num. 4. lib. 4. quem allegat, sequitur Ant. Gabr. concl. 4. de iudic. n. 42. & est de mente, Franch. in d. c. 2. n. 6. in gloss. penult. & secuta est Rota in Mediolanen. iuris patron. de Anno 1588. coram D. Blancheto infra relata 11. p. cap. 3. num. 17. & in Mediolanen. iuris patronatus coram eod. 29. Ianuar. 1596. inf. adducta 10. p. c. 3. n. 8.

Quamuis Crescent. decis. 8. & de iure patron. nu. 2. dicat in contrarium esse communem opinionem, & d. et. decis. 10. dicat non procedere, quando patronus post presentationem factam de vno ante litem, post litem cumulando presentaret colligantem, alias voces patronorum non habentem, quia tunc potius daretur occasio litigandi, & c. Et Gonzalez d. gl. 51. nu. 114. ait quod d. opinio non est secuta nec tenenda, sed potius contraria, tum quia dispositio d. c. 2. est generalis, & indistincta, & generaliter intelligenda, l. 1. §. generaliter. ff. de legatis presentan. tum quia aliter reg. Cancellaria de subrogan. colligantibus per Papam esset frustratoria, & c. & fuit nouissime resolutum in vna Hispalen. beneficij de Xerez. 10. Febr. 1604. coram D. Lita, vbi propterea fuit conclusum, esse nullam collationem a Cardinali Hispalen. de quodam beneficio litigioso cuidam superstiti colliganti factam, & quod in eadem decis. dicitur, quod idem tenuit Rota antiqua, vt in decis. 10. n. 2. & 3. vt lite pendente, in nouis. Et Rota moderna in vna Posnaniens. parochialis 14. Ianuarij 1572. coram illustribus. Seraphino, & ad Gomezium in reg. de subrogan. quest. 2. num. 2. dicentem, quod quicumque inferior a Papa concedens subrogationem colliganti, comprehenditur sub d. reg. fuit responsum procedere in inferiore habente facultatem subrogandi ab ipso Papa, mediante aliquo indulto, seu iure speciali, & non aliter, ita Gonzalez. Sed mihi placet opinio Rochi & sequacium, contra quam in specie non est communis opinio, & ad d. decis. Posnaniens. non male respondet Lancellotus §. in d. prefatione, add. quod ibi Ordinarius in locum vnus presentati predefuncti, subrogauit alterum presentatum colligantem. Ordinarius autem licet possit conferre colliganti, vbi alias ad eum collatio spectat, non tamen potest principaliter & de per se subrogare, prout Papa facit, Mandos. reg. 29. de subrogan. colligantibus 9. 3. n. 2. & pro opinione Rochi faciunt verb. d. cap. 2. ibi alijs nullatenus conferantur, Pondero verbum, alijs iuxta

quod videntur accipienda verba sequentia, nec ad ea eligatur quispiam, vel etiam presentetur. Id est quispiam alius. Et de beneficiis litigiosis de quibus late Lancel. d. c. 3. & d. c. 4. in prefatione, & aliis locis vide dicta sup. c. 1. d. n. 133.

222. Decimo notandum est, quod ubi sunt plures patroni, possunt singuli separatim presentare, aliis non requisitis, quando ius patronatus spectat ad eos, ut singulos, ut in dubio presumitur, & non ut uniuersos & iure collegij. Ioan. And. in cap. de iure patronat. Abb. consil. 76. par. 2. Paulus de Citadinis 6. par. 9. 29. art. 3. Lambertus dicens communem, & plures referens 2. par. 2. lib. quest. 2. art. 8. & penult. Aymon. d. consil. 63. num. 1. & tenuit Rota in vna Legionen. Capellaniz 6. Iunij, & 5. Decembris 1575. coram Domino Cæsare de Grassis ut in suis decis. impressis decis. 169. & seq. & in Cafalen. parochialis 2. Mar. 1584. coram D. Robustorio. Et in vna Calagurritana beneficij de Ali. 20. Iunij 1588. & 17. Maij 1591. coram D. Comitulo, in qua fuit resolutum, Presentationem pertinentem ad beneficiatos, ut singulos, non ut uniuersos, ut in dubio presumitur, Felin. in capitulo cum omnes de constit. numer. 29. Lambert. dict. art. 8. numero 14. & sapienter Rota tenuit posse fieri à singulis diuisim, nec esse necessariam vocationem patronorum. Abb. d. consil. 76. par. 2. Decius d. c. cum omnes l. lectura num. 48. Aymon. conf. 67. Lamb. sup. art. penult. quam sententiam Rota amplexa est coram Sanctis. Clemen. V. III. in Pistorien. beneficij 17. Febr. 1574. & in d. Legionen. &c.

223. Quamuis contrarium teneat Abbas in d. t. cap. 3. de iure patron. in fin. quem sequitur Felin. in d. cap. cum omnes, num. 29. de constituto. & Rochus verb. honorificum quest. 60. ex reg. Bart. quam ibi approbant Dd. in l. omnes populi, nu. 18. ff. de insti. & iure, quod in his in quibus consensus maioris partis præiudicat minori, etiam si pertineat ad plures ut singulos, requiritur quod actus fiat simul, & debent simul conuenire. l. & suum. §. fin. ff. de pactis l. fin. c. qui bonis cedere possunt l. 5. tit. 15. & ibi Greg. Lopez. Benuen. Straca de decolorib. 6. par. n. 9.

224. Sed respondetur cum t. Paulo de Citadinis supra & Lamber. d. art. 8. num. 8. & n. quod illa reg. procedit, quando factum maioris partis præiudicat minori circa eundem actum, ut in terminis, d. §. fin. & c. at in proposito presentatio maioris partis, non præiudicat minori quoad actum presentandi, quia quilibet potest presentare quem voluerit, &c.

225. Ex qua responsione inferitur quod sententia Abbatis d. cap. 1. Felini & Rochi procedet, in pluribus hæredibus vnius ex patronis, qui habentur pro vno, & habent vnā tantum vocem. Et presentationem elem. plures, de iure patron. & ibi Dd. quæ est apud maiorem partem, ita quod de suffragio, vel presentatione minoris partis non est curandum, in isto enim casu presentatio non competit pluribus, ut singulis, sed pluribus, tanquam vni, & sic militat eadem ratio, ac si competeret pluribus, ut collegio, Rochus verb. ipse vel is, quest. 2. Lambert. 2. par. primo libro quest. 1. artic. 25. & 27. Cassador. decis. 1. de iure patron. quem sequitur Did. Perez in l. 1. tit. 6. lib. 1. ordinis glos. 2. vers. notanter etiam. Vnde tales debent simul conuenire ad presentandum iuxta dicta. Paul. de Citadinis supra dicens, quod tunc forte posset procedere opinio Panormi. Quamuis contra teneat Lamber. dict. art. 8. numer. 8. cum Ioan. Andr. & Cardin. in d. ca. 3. t. procedet etiam sententia Abbatis, Felini, & Rochi, quando ius patronatus pertinet ad plures,

ut singulos, tamen vigore statuti, vel consuetudinis ad presentandum soliti sunt simul conuenire, ut in vna Calagurritana beneficij de Aranguiz. n. Decemb. 1591. coram D. Pamphilio, in qua fuit resolutum, Sufficiens constare de tali iure Domini, ut tanquam integer portionarius debuerit vocari in receptionibus dominorum de Sugulum. quia ex publico instrumento probatur sua possessio. l. prædia, ubi Bart. ff. de acquirenda possessione, quæ sola sufficit ad hunc effectum, cum istæ receptiones sint de fructibus beneficij, quemadmodum collatio, & presentatio, gloss. in cap. cum Bertholdus, verb. patrono, de re iudic. Cassador. decis. 3. num. 6. de pensio. Felin. in capitulo cum olim, num. 2. de maiestate & obediencia. & ideo pertineat ad eum qui est in possessione, e. a. querelam, de elect. cap. consultationibus, de iure patron. & vtrouque notant Abbas & alij. Quod Dominicus tempore receptionum dominorum de Sugulum esset absens, non obstat, quia nihilominus erat vocandus, cap. cum in Ecclesiis, de preben. lib. 6. cum esset in eadem Prouincia, & in oppido Vallisoletis, in quo residebat curia Regia. Vnde commode poterat vocari per Nuntios, qui continuo ad illud accedebant. capit. coram. & ibi gloss. verb. Prouincia de electione cum aliis allegatis, & ita fuit conclusum.

Et in d. Calagurritana beneficij de Ali. 4. t. Mar. 1577. coram D. Mantica, in qua fuit resolutum, quod quando plures patroni presentant ut singuli, non requiritur, quod absentes vocentur: quia non est necessarius simultaneus consensus, ut se habet communis Doctorum sententia: & fuit conclusum in hac causa coram Perusino 20. Iunij 1588. & 17. Maij. 1591. & in dubio quando ius patronatus pertinet ad plures, presumitur ad eos ut singulos, non ut uniuersos pertinere, ut in d. decisione. Secundo, quod quando pertinet ad plures, ut uniuersos, tunc non presentant ut singuli, sed ut uniuersi, & ideo in hoc casu absentes vocari debent, quia requiritur simultaneus consensus cap. coram. capit. in genefi. cap. quod sicut. de elect. ca. cum in Ecclesiis, de preben. lib. 6. Felin. c. cum omnes, num. 46. de constit. Tercio quod quando ius patronatus pertinet ad plures, ut singulos, & consequenter patroni presentant ut singuli, non autem ut uniuersi, sed vigore statuti, vel consuetudinis, ad presentandum soliti sunt simul conuenire, tunc ex eisdem rationibus absentes vocari debent, qui vocandi sunt, quando presentatio fit à pluribus, tanquam uniuersis, quo casu vocandi sunt, quare requiritur simultaneus consensus, ut dictum est, Rochus verb. honorificum, q. 60. Lamber. lib. 2. par. 2. q. 2. art. 8. n. 8. Et ita fuit resolutum coram Oradino in Calagurritana dimidia portio de la Puebla 31. Iann. 1567. & coram Pamphilio in Calagurritana de Aranguiz. n. Decemb. 1591. & quod in hoc tertio casu versatur negotium. Nam licet isti beneficiati non faciant collegium, quia non habent arcem communem, neque sigillum, neque alia quæ ad constituendum collegium requiruntur, ad not. in cap. dilecta, de concess. preben. & in cap. significauit de appell. & in l. primo. C. de collegiis illicitis, & ideo ius presentandi ad eos, ut singulos, non ut uniuersos intelligatur pertinere: ut fuit dictum in hac causa coram D. D. Perusino, tamen extat synodalis constitutio, & testes nouissime in hac causa in curia examinari deponunt, quod presentatio ab istis beneficiariis capitulariter sit facienda, quod sane intelligitur, ut fieri debeat ab ipsis simul congregatis, & ideo necessarium videtur conuocare absentes, ut possint conuenire, & quia vnus eorum posset alios in suam trahere sententiam, iuxta, leg. si in tres, in fin. de ar.

de arbitris, proinde placuit dominis presentationem Michaelis in casu proposito non sustineri, ex eo quod Stephanus unus ex integris beneficiatis, & compa-
ritis non fuerit vocatus, nisi absentia Stephani fuerit af-
fectata, quo casu ipse non debuisset vocari, Enrig. in ca.
cum inter. num. 6. de electione. Et in eadem 17. Iunij
1594. coram eodem D. Mantica fuit resolutum. Eius
absentiam non fuisse affectatam, ita ut non esset vocan-
dus, sed potius fuisse ex causa necessaria, vel saltem pro-
babili, & proinde cum non fuerit affectata, & consequen-
ter vocari debuerit, presentationem Michaelis non pos-
se sustineri, &c.

118. Procedet etiam sententia Abbatis, Felini & Ro-
chi in presentatione, seu nominatione facienda ad
Capellaniam, in qua non debet fieri institutio à su-
periore, ut in Capellania non collatiua, & in electio-
ne facienda ad aliquam elemosinam, seu opus pium,
verbi gratia de puellis maritan. & similibus, nam cum
in his non fiat presentatio superiori, ut ipse insti-
tuat, sed sola nominatio, seu electio patronorum siue
administratorum sufficiat, & maior pars præiudicat
in totum minori circa illum actum, quia facta nomi-
natione, seu electione per maiorem partem, minor
pars non haberet amplius quod faceret, ideo debent
omnes simul convenire, & alias actus non valebit, et-
iam non reclamante contempto, licet secus in actu
collegij, &c.

119. Et quando est necessarium, ut quod conveniant in
vnum, & aliqui nollent convenire si spectet ad plu-
res, ut vniuersos, & collegium, seu in modum colle-
gij, recurrendum est ad tradita per Dd. maxime Fel-
lin. in dist. cap. cum omnes de constit. Lambert. d. quæst.
2. art. 19. curiam Pisanam, & ibi Azcedum lib. 1. cap.
2. Si vero non sunt collegium, iudex ad instantiam a-
liorum statuet illis terminum, & locum, ubi conue-
niant, nisi in institutione, sit statutus, & tunc non ve-
nientes alienos se faciunt, & præsentent poterunt ac-
tum explicare, ad tradita de Capitulo & Collegio
per Doct. ibi, & circa materiam dist. leg. & sum. d.
fin. de pactis & dist. leg. fin. Cod. qui bonus cede possunt,
&c.

121. Undecimo notandum est, quod institutio seu col-
latio ab ordinario facta, spreto patrono, infra tempus
datum ad præsentandum, nulla est ipso iure de decer-
nuntis. 16. quæst. 7. Abb. in cap. Bertholdus, de re iudic.
n. 13. & ibi Felin. d. num. 8. Probus ad Monach. in cap.
1. de offic. leg. in 6. num. 14. Rochus verb. honorificum,
num. 2. Lambert. 3. part. 2. lib. 9. 2. art. 2. Corras. d. 4. p.
c. ult. num. 25. Io. Nicol. Gim. in enchiridion. Benef. ut.
5. c. 7. à n. 9. Greg. Lopez in l. 5. tit. 15. pag. 1. gloss. 2. &
Mohed. decisio. 6. de iure patronat. alias 268. recla-
mante tamen & contradicente patrono infra dict.
tempus datum ad præsentandum, alias sustinebitur &
valebit prouisio ordinarij, Card. in clem. 1. de supplen-
da negligentia Prælatorum, sub num. 11. Abb. quæst. 5. n.
7. Felin. alios allegans d. c. cum Berthold. num. 10. &
14. & in cap. cum ex officij, de prescript. num. 36. & in
tract. quando littera Apostolica limitat. 10. Probus sup.
& in cap. statutum, de Præbend. num. 22. Scua 1. part. 9.
6. num. 15. & 3. p. 9. num. 2. Roch. d. num. 2. Lamb. d.
num. 2. art. 2. n. 27. & 9. 8. sequen. art. 2. numer. 3. & 9. 9.
art. 24. Rebuffus in praxi. 3. part. signaturæ, verb. nec
non iuris patron. num. 52. & de nominatio. 9. 17. num. 31.
alias II. & consil. 79. & 81. Corras. & Greg. sup. Gam-
bar. de offic. legati lib. 3. à num. 341. P. Pechius in regul.
Beneficium in 6. numero 23. Ferretus consilio 133. numero
1. Hieron. Gabr. consilio 185. lib. 2. Spino de testament.
gloss. 4. num. 99. Flamin. Parisius de resignatione Bene-

fic. lib. 8. quæst. 10. num. 10. Zerola in praxi Episcopali,
1. part. verb. ius patron. 9. 8. dubio 8. Rota decisio. 10. de in-
re patron. alias 528. in antiquis, & ibi addu. Caputa-
quens. decisio. 133. part. 1. Mohedan. supra, & Puteus dec.
412. lib. 1. & decisio. 181. libro 3. vbi idem ait in Beneficio
electiuo, ut non eligentibus, seu contradicentibus e-
lectoribus infra sex menses, prouisio Ordinarij va-
leat, & Rota in vna Ofsen. Canonicatus 4. Martij
1575. coram D. Robusterio, quæ est 1. p. diuersorum,
decisio. 77. vbi nu. 4. dicitur, ita tenuisse Rotam in vna
Trident. coram Grato 1563. quidquid dicat Gimon.
sup. num. 6.

233. Sed difficultas est in inuestiganda ratione huius
conclus. & primo ea redditur ratio, quod id quod exi-
gitur ex parte patroni, potius sapit consensum, quam
authoritatem, sufficit autem, quod consensus inter-
ueniat, etiam ex post facto, capit. cum consuetu-
dinis de consuetudine, c. cum vos de his quæ fiunt à
Prælati, cap. cura, de iure patroni. vbi Dd. & Ordina-
rius conferendo simpliciter, in dubio videtur dispo-
nere nomine patroni, & sub tacita conditione si ei
placuerit, & sic sequens patroni ratificatio, vel con-
sensus expressus, aut tacitus, per taciturnitatem &
negligentiam, validat collationem: hanc rationem
tradunt Rota d. decisio. 10. num. 4. & 5. Cardin. & Abb.
supra Felin. dist. cap. cum Bertholdus numero nono &
10. & d. limit. 10. & Probus sup. Lambert. dist. 9. 2. art.
2. numer. 21. 25. & 26. Corras. Hier. Gabr. & Zerola
sup.

234. Sed ista ratio quamuis posset procedere, & quando
patronus expresse consensit infra tempus datum ad
præsentandum, tamen quando nec consensit, nec cõ-
tradixit, non videtur solida, nec in iure habere fūn-
damentum, nam ut tacitus consensus eliciatur, oport-
eret saltem dicere partem fuisse præsentem, & non
contradixisse, ut per Gambartum sup. num. 333. Imo
etiam tunc non videretur consentire, ut per Felin. d.
c. cum Bertholdus n. 12. licet contra teneat Corrasius
supra num. 28.

235. Nec quicquam facit lib. si seruus & communis 39. ff.
de donatione inter virum, quam allegat Abb. supra &
Lamber. ibi, & n. 27. quia loquitur in donatione inter
coniunctos, quæ ex præsentia, seu scientia cum
taciturnitate inducitur, & sic non est ad propo-
situm.

236. Aliam rationem tradit Abb. ibidem, vers. si autem
patronos, & quod talis collatio ordinarij, convalida-
tur per superuenientem negligentiam patroni, quia
ipse Ordinarius non potest contravenire, & recede-
re à prima collatione, argum. l. profundum. ff. de ser-
uit. rusticorum prædiorum, & c. veniens. de filius Presby-
ter. & cap. diuersis fallacis, de clericis coniugatis, & c.
si tibi absenti. de præbend. in 6. Et sic tenetur eam Ro-
tam habere, ex quo ad ipsum deuoluta est, quam ra-
tionem tradunt etiam Felin. d. cap. cum Bertholdus n.
14. & d. limitatione 10. & Lambert. d. n. 27. & eam vi-
detur tradere Gambartus sup. numer. 342. & 355. Nam
ait, quod lapsus temporis non validat collationem
Ordinarij in vim consensus taciti, sed propter de-
uolutionem, ut dicit Felinus dist. capit. cum Berthol-
dus.

237. Sed nec ista ratio placet, & nam secundum eam, i-
dem esset dicendum ubi Ordinarius contulisset iure
deuoluto, in quo tamen ipsi contrarium tenent ut
infra num. 262.

238. Vnde vera ratio videtur esse, quam insinuat
Spino sup. Cassador. decisio. 2. num. 4. de locato, & Rota
d. decisio. 77. quod nullitas collationis ab Ordinario

facta speto patrono, inducta est in fauorem ipsius patroni, atque adeo ita demum est nulla, si ipse voluerit, & contradicat. l. filio praterito, & ibi gloss. fin. ff. de iniusto reiplo. late Tiracell. in tractat. le mori. sayfit, part. 7. declaratione 1. Et ideo patronus potest ab Episcopo, seu Capitulo sede vacante, recipere Ecclesiam, seu Beneficium, cuius est patronus licet ipsum presentare non possit, & ad Episcopum, seu Capitulum pertineat institutio tantum, & non collatio, Feder. de permutatione qu. 32. P. de Perusio eodem tractat. n. 26. Paulinus de offic. & potestat. cap. sede vacante 2. p. 9. n. 9. & 10. & Lambert. 1. part. 2. lib. 9. 8. art. 3. & 4.

240 Ex qua ratione infertur, prouisionem factam spreto patrono, & esse in pendenti, & interim habere implicitum statum, ita vt patrono reclamante infra tempus datum ad praesentandum, sit nulla à principio, & ex tunc, vt in d. cap. de ceteris, non vero non reclamante infra dictum tempus, censeatur valida à principio, & ex tunc, vt in simili de caducitate, Nauarr. in Man. cap. 23. numer. 104. vers. pro qua solutione, & in exemplo de alienatione rei Ecclesiae sine debita solemnitate, quae ita demum est nulla à principio, si Ecclesia hoc vult, Rota decis. 133. numer. 11. part. 2. diuersorum, Sarmiento de redditibus Ecclesiae p. 3. numer. 20. & 21 cum aliis, & in terminis decis. 418. numer. 3. p. 1. diuers. Et ita in proposito videntur velle Spino supra, & Rota d. decis. 77. Quamuis contrarium nempe, d. collationem valere vt ex nunc, & non vt ex tunc, in proposito teneant Rota d. decis. 10. Abb. & Felin. numer. 9. & 14. Selua d. numer. 15. & Probus supra Lambert. dist. numer. 25. 26. & 27. & Gambar. numer. 345. & sequent. vbi supra ex dicta lege per fundum, quorum sententia procedit attentis suis rationibus, de quibus supra.

242 Secundo infertur & ex collatione facta ab Ordinario, spreto patrono, infra tempus datum ad praesentandum, interim videri ius considerabile quæsitum prouiso, ita vt non valeat prouisio Papae alteri postea facta, non facta de illa mentione, & sit locus regulæ de non tollendo iure quæsito, vt in simili dictum est 243 supra capitulo 4. numer. 44. Quamuis contrarium & in terminis teneat Rota dist. decis. 10. ad fin. & Gambar. supra numer. 346. & Rebuff. dist. consil. 81. vbi, vacante Beneficio iuris patronatus, spectantis ad Abbatem qui erat defunctus, consulit Ordinarius, postea Papa, & postea Vicarius Abbatis creati, aut prouisionem Papae proualere, quia prima Ordinarii ante sex menses datos patrono non valuit, & sic valebit prouisio Papae, etiam non facta mentione illius, nec obesse collationem Ordinarii non reclamante patrono valere, quia in praesenti reclamauit, quia Vicarius presentauit, & illa presentatio est declaratio voluntatis patroni, ideo annullat collationem Ordinarii, & si nulla sit presentatio, tamen collatio non valebat in praesentium Papae, & certum est, collationem non valere reclamante patrono, sed Papa plus iuris habet quam patronus, &c.

244 Hæc Rebuffus & quorum sententia procedit in proposito, attentis dictis suis rationibus iuxta dicta essetque vera, vbi patronus postea reclamasset infra tempus datum ad praesentandum, iuxta dicta dist. cap. 4. numer. 46. licet si esset patronus laicus, & aliquem praesentasset, nec valeret collatio ordinarii, nec prouisio Papae medio tempore facta, non derogato iure patronatus, iuxta dicta supra, cap. 1. à numer. 539.

245 Prædicta autem conclusio procedit & primo etiam

in prouisione facta à Papa, sine derogatione iuris patronatus laicorum, Felin. d. tract. quando licet Apo. stolica, limitat. 10. & Lambert. d. quest. 9. artic. 24. Rebuff. d. cons. 79. Gambarus supra numer. 343. & 348. & Mandos. de signatura gratiae, tit. de derogationibus iuris patronatus, versic. quod si non sit obtemperata. Et de resignatione in fauorem & dicitur infra. 11. part. cap. 3. à numer. 16. & idem videtur ex dict. ratione in prouisione facta à Papa, cum derogatione iuris patronatus inualida, Mandos. ibi. Quamuis tunc in contrarium sit decis. 6. Putci de iure patronatus de manuscriptis. & Flam. Paris. de resignatione lib. 2. quest. 4. numer. 60. ex doctrina Felin. in d. cap. cum Bartholdus numer. 10. versic. 2. aduerte, quod procedit attempta prima ratione de qua supra. Licet secus & sit in prouisione facta cum clausula (inimodo patronorum ad id accedat assensus,) quia ista verba includunt formam, & conditionem, quæ non impletur per consensum tacitum, qui dicitur Fretus libro cum quod ff. si certum petat, & quia in materia odiosa, vt sunt rescripta ad Beneficia, verba intelliguntur proprie capitulo quamuis primo de praebend. in 6. & ita fuit resolutum in vna Pisana de anno 1556. vt per Gambarum decis. quinquagesimaseptima in manuscriptis. & d. lib. 3. de officio legati ex n. 337. Mandos. sup. versic. praemissis conferunt, & Flam. Paris. sup. numer. 59.

Secundo procedit etiam in prouisione facta à legato, seu Nuntio spreto patrono laico, vt dictum est 248 sup. c. 3. numer. 65. & 244.

Tertio procedit & in omni casu, in quo fieret deuolutio ad Episcopum, puta si patronus praesentauerit indignum, vt etiam hoc casu firmeretur collatio facta per Episcopum, sine patrono cum militet eadem ratio. Ita Lambert. d. numer. 27. & idem tenet Rebuffus d. quest. 17. de nominatione, numer. 31. alias 11. ibi, vel inhabilem presentauerit, sed hoc videtur procedere attempta secunda ratione supra adducta, quam ibi adducit Lambert. attempta vero nostra ratione, non & videtur 249 vera ista declaratio, quia per praesentationem factam de inhabili, seu indigno, declaratur voluntas patroni volentis valere collationem eo spreto factam, nam per actum nullum declaratur voluntas l. fin. ff. de rebus eorum. Puteus. decis. 92. numer. 2. & 267. libro 2. Mohedan. de cis. 28. numer. 2. de renuntiatione & decis. 2. in fin. de offic. deleg. & in terminis Rebuffus d. consil. 81.

Et sufficit sola contradictio patroni, & facta infra 250 tempus datum ad praesentandum, vt collatio facta eo spreto sit irrita, etiam si non praesentauerit aliquem, & sic pro illa vice ius praesentandi amiserit, & facta sit deuolutio. & ita videntur velle Felinus d. numer. 10. versic. Tertio aduerte, Caputaquen. Mohedanus, Mandosius, & alij supracitati, numer. 242. loquuntur enim alternatiue de contradictione, aut praesentatione.

Quarto procedit, quando collatio & facta est iure ordinario, & originali, secus si iure deuoluto, nam tunc non teneret, ex quo in veritate deuolutio nondum erat facta per reg. c. ex par. de concessione praebendae & cap. cum super, de offic. deleg. Rota d. decis. 10. & ibi additio, Abb. d. 9. 5. numer. 7. Felin. d. numer. 10. Selua d. 9. 9. 3. versic. 9. Probus d. numer. 22. Lambert. dist. numer. 21. & 26. P. Pechius, Hieron. Gabr. & Zerola sup. & sic post deuolutionem, opus est noua collatione, circa quod vide dicta infra 10. parte capitulo 3. numero 31. & 32.

Quinto procedit & secundum Hier. Gabr. supra, 2. 153. si Ordinarius sciens Beneficium esse iuris patronatus

tus confert, non autem quando prætendit esse liberum, & hoc tantum vere confert, tunc enim, nullo modo potest ratificari à patrono collatio Ordinarij quia cessat ratio d. decif. 10. sed debet iterum confer-

re Rota ibi circa fin.

Sed ista declaratio nimis restringit d. conclusio- nem communem, nec videtur vera attenda nostra ratione, de qua supra.



SEXTA PARS, DE EXECUTORIBVS LITERARVM ET GRATIARVM BENEFICIALIVM.

CAP. I.

De Executoribus mandatorum de prouidendo.

SVMMARIA.



literarum, & gratiarum Beneficialium executores, alij sunt mandatorum de prouidendo de Beneficiis vacaturis, alij literarum, & gratiarum de Beneficiis vacanti- bus, num. 1.

De mandatis Apostolicis de prouidendo, qui late scripserunt, n. 2. & de executoribus eorum qui agunt, num. 3.

De executoribus mandatorum de prouidendo non est opus tractare, nec de ipsius mandatis, quia iam non sunt in vsu, ex decreto Concilij, n. 4.

Ex quo directio non potest eligi Canonicis supra numerum, ad futuram præbandam ex Congregatione Concilij, n. 5. Quamuis in Ecclesijs, ubi sunt Canonici Titulares id non est sublatum, n. 6. ubi adducitur declaratio S. Congregationis, de qua n. seq. ubi quod d. decretum non derogat consuetudini maxime immemoriali, & confirmata à Papa.

Literarum & gratiarum Beneficialium executores, alij sunt executores mandatorum de prouidendo de Beneficiis vacaturis, & expectatiuarum, alij sunt executores literarum, & gratiarum, de Beneficiis vacantibus, & de mandatis Apostolicis de prouidendo, late scripserunt Staphileus de literis gratia, titulus de formis mandatorum de prouidendo, Ludouic. Gomez Sarnen. Episcopus in tractat. de mandatis de prouidendo, & de expectatiuis, Probus & Leo binus Dallerius tractatu de mandatis Apostolicis, Pacus tractat. de mandatis de prouidendo, Rebuffus in praxi, titulo de mandatis Apostolicis, & titulo de clausula mandatorum, & latissime in repetit. capitulo nulla secundi de concessione præbende, tertio notab. Corral. de Benefic. 4. par. cap. 5. Ioan. Nicol. Cimenteus in enchiridio beneficiorum, titulus 4. de gratis expectatiuis, Duarenus de Benefic. libro 5. cap. 8. Marc. Anton. Cuchus in institution. Canonicis maioribus, li-

bro 1. tit. 7. de mandatis Apostolicis. Et de executoribus dictorum mandatorum & expectatiuarum agunt Staphileus dict. titulus de formis mandatorum, de prouidendo, septima & octaua forma, Gomez ius dict. tract. de mandatis de prouidendo, ex numero 21. Rebuffus in concordatis, titulus de mandatis Apostolicis. §. 1. verbo in forma mandati, & titulus de forma literarum executor. Corral. 2. par. cap. 9. Cuchus ex n. 32. & alij supra.

De quibus executoribus non est opus tractare, nec de mandatis de prouidendo, quia iam non sunt in vsu ex decreto Concilij Tridenti session. 24. de reformat. cap. 19. ubi decernit S. Synodus mandata de prouidendo, & expectatiuas, & alias quascumque gratias ad vacatura nemini amplius concedi, nec hæcenus concessis cuiquam uti licere, &c.

Et quo decreto censuit S. Congreg. non posse eligi Canonicum supra numerum ad futuram præbandam, & post hæc tradit Gonzalez ad reg. de mensibus. §. 1. proem. num. 64. & 65. Quamuis in Ecclesijs, ubi sunt instituti Canonici sine præbenda iam expectantes, qui dicuntur Titulares, id non est sublatum ex d. decreto, nam tunc non eliguntur supra numerum, ut apparet ex sequenti declaratione S. Cong. Concilij. At in Ecclesia Salamantina in qua extant 24. Canonici, quorum duo postremi præbandam expectant consuetudo immemorialis hæcenus obseruata, & à Pio IV. Motu proprio confirmata, & ex certa scientia, qua antequam vacet aliquis Canonicatus, cuius electio spectat ad Canonicos, eliguntur à Capitulo, precedente licentia Episcopi, duo, vel tres, expectantes locum ultimi Canonici, siue præbende vacaturum, ad quem iuxta gradum expectantis denuo à Capitulo eligitur vnus & admittitur precedente approbatione, & confirmatione ordinarij, censeatur sublata ex decreto Concilij, cap. 19. sess. 24. de reformatione. Congreg. respondit hanc consuetudinem non comprehendi hoc decreto Concilij.

Quamuis quod attinet ad istam consuetudinem eligendi ante vacationem expectantes locum ultimi Canonici vacaturum, non videatur comprehendi isto decreto, ex eo quod non derogat consuetudini, maxime cum sit immemorialis, & confirmata à Papa ex certa scientia, iuxta supra dicta 3. p. c. 2. d. dubio. 6. & 8. n. 189. & 213.